TRACTATUS
Criminalis
DE VENE-FICARUM
Inquisitione
CUNRADI Hartz JC.

Editio secunda,
Priori longè auctiori & emendatiori.

RINTELII *ad* VISVRGIM,
Typis exscripsit Petrus Lucius Typog.
Acad. 1639.

A. 51198
BK

ILLVSTRISSIMO
Celsiſſimo Excellentiſſimo ſimul ac potentiſſimo Principi
ac DOMINO,
Domino
GEORGIO
DUCI BRUNSVICENSIUM ET LUNEburgenſium, Sueci-Saxonici Exercitus Duci Generali,
&c.
DOMINO SVO
clementiſſimo.
Salutem & felicitatem omnimodam.

NON minus rectè quam eleganter ſummus ille Romanorum nomotheta Imperat. Juſtinianus dixit; Princeps Illuſtriſsime Domine Celſiſsime, Imperatoriam majeſtatem nõ ſolum armis decoratam ſed & legibus oportere eſſe armatam, ut utrumq; tempus, & bellorum & pacis rectè poſsit gubernari. Utroq; celſitud. T. am præſtare non fama ſolum, ſed ipſa etiam experiẽtia, rerum

cun-

cunctarum magistra, luculentè satis attestatur. Cum enim nuper pro aris & focis, quod vetere verbo dicitur, communi patriæ arma obtulisti, & heroicis ausibus prospero successu, & invictâ acie, sanctam Dei Ecclesiam in almam libertatem adserere cœpisti, eadem operâ sacræ etiam Themidi ejusq; asseclis tutelam & securitatem postliminio quasi restituisti. Pro patria enim, pro lege & grege ita militasti, ut terreni ali-

cujus Numinis loco præ multis aliis jure habendus ac ſuſpiciendus cenſearis. Unde cum Poeta citra impietatem exclamare poſſum

Deus nobis hęc otia fecit.

Licet enim Germania patria noſtra multis hactenus fuerit exagitata tempeſtatibus, germana tamen illa eſt & permanſit germania, & infractum etiamnum retinet decus, immotaq́ conſiſtit.

Ut pelagi rupes magno veniente fragore,

Quæ

Quæ ſeſe multis circumlatrantibus undis
Mole tenet, ſcopuli ne quicquã
& ſpumea circum
Saxa fremunt, lateriq; illiſa refunditur alga.

At munus hoc omne Tuæ eſt Cui quæ ſub Dei alis hanc protexit feliciſſimè, ô princeps feliciſſime.

——quibus ô te laudidus æquem
Juſtitiamne priùs mirer, tellive labores?

Imo religionis curam mirer prius & Martias Tuas pugnas. Impetebatur ante annos religio, nec locum inve-

niebat tranquillum, nunc, DEO sint grates, publicè omnibus in cõpitis asseritur, et justissimo defenditur zelo.

Harum ergo virtutum T.arum Heroicarum ut ego quoq; particeps fierem, de libello aliquo, cui tantum mecœnatem præponerem, cogitandum fore mihi rebar. Incidi in materiam paucos ante annos à me publici juris factam, eamq; quantum per temporis injuriam, ingenijq; inbecillitatem licuit, relegi,

rale-

relectam nonnullis in locis ampliavi, imò plurima adjeci, ita ut per purgationem meâ partim renovata, partim additionibus ita locupletata fuerit, ut, si non novam, laxiorem tamen togam induisse videatur, quorum laborum tam insignem patronũ, quem penes vel ipsa defensionis materia resideret, quærẽdum, ac more solito eligendũ esse duxi; Quando autem primam meam curam Ser. smo Domino Electori Brandenburgico

burgico Domino meo clementißimo ſacram eſſe volui, hãc alteram tibi Princeps celſiſſime inſcribere ut volui, ita non ſine certa ratione debui. ſuſcipias igitur Princeps Excellentißime & Illuſtrißime Domine clementißime poſteriores haſce meas & limatiores, uti ſpero, cogitationes, quæ prioribus ſæpè ſunt ſaniores, juxta vulgatum illud: δεύτεραὶ φροντίδες σοφότεραὶ. *Quâ itaque fortitudine Excel.tia T. hoſtes propulſat,*

Quâ

quâ clementiâ ſubditos regit, qua deniq; ſapientiâ imperium ſuum gubernat, eâ clemẽtiâ conatus hoſce meos juridicos ſub Heroici ſui nominis auſpiciis publicâ aurâ frui, legi, & amari clementer concedat, meumque obſequium hac publicâ dedicatione clementiſſimè quæſo ſuſcipiat. Valeat, & cum multis aliis Evangelicæ veritatis adſertoribus & vindicibus magnanimis, ad Eccleſiæ hactenus perſecutæ ſalutem, diu-

tißimè floreat, vivat, & vigeat. Dabam Herfurdiæ ex Muſæo meo Calendis Septembris. Anno 1634.

Illuſtriſſimæ

Tuæ

Excellentiæ

Obſequentißimus

CUNRADUS Hartz /
Prætor & Gogravius
Brandeburg. ibid.

Viro Clariſſimo

DN. CUNRADO Hartz/

JCto Et Advocato,

libellum de Veneficarum

Inquiſitione edituro

S P.D.

UT ver conveniens laetis, ita triſtibus aptus
Eſt piger Autumnus, cum ramos flamma Nepai
Denudat fœtos; cui bruma aquilonibus horrens
Succedit rigidis, ſignãs extrema malorũ.
Fallor? an hæc tua ſcripta, ter optime Fautor *in orbem* (*volen*te,
Quæ properant, duris ſunt congrua ſorte Temporibus? verè nunc terrea tẽpora *currunt*,

Quæ fore divinus prædixit Beltzaſar *olim* (*ruinam*
Vrbibus exitium, cladem arcibus, atque
Pagis nunc adfert ferrum compluribus,
Eheu!
More ſuo ſtrages, & funera ſtragibus edit,
Fundit & humanum cupidè ſine fine cruorem, (ſervent.
Dextra ſæva tenus lævaq; incendia
Stat coma dum loquor hæc, & dum tria luſtra recordor,
Anxia ſollicitis ferio præcordia pugnis;
Horror membra quatit, lacrymisq; rigantur ocelli. (*veri!*
Cladibus his etenim poterãt vel ſaxa moveri
Verùm ſic lapſis nimium diffidere rebus,
Ipſa vetat pietas, miſerisq; levamina cælum (*quentur;*
Promittit; tandemq; ſub hæc meliora ſe-
Si modò, qua fugiunt, & amor, rectumq; fideſq;,

Can-

Candor & integritas, vitaq; insignis hò-
neſtas, (*furores,*
Huc ſubeant, ubi nunc rabies & mille
Invidiaq; tumor, prædæ, cordisq; cupido,
Et levis ambitio regnãt, faſtusq; ſuperbus
Tu mentem ſervas, Harzi Præcla-
re, *Camænis*
Firmiter addictam, juſti rectiq; tenacem,
Et calidã variâ virtute, labore ſubactam
Pervigili, ſortisq; tuæ pia munera curas,
Atq; ſuo tãdem riciturum pondere molẽ,
Conſilio, calamoq; juvas, & voce ſonorâ.
Hoc tua vita docet, docet hoc liber arte
politus, (*nere fungi.*
Quem proculire jubes, commiſſo & tru-
Hunc nuper ut vidi, recto ordine, voce
diſertâ, (*tè,*
Atq; brevi lineâ, quidvis proponere aper-
Vade bonis avib⁹, dixi, liber ito per orbẽ,
Nomini & Authoris canito præconia lau-
dis. Nam-

Nam q. acer eſt ſceleris Vindex & amator honeſti, (*mantes*

"*Sit virtus in honore, decus comitetur a-*

"*Iuſtitiam. Pereant malè quos male ve-*

" *xat Erynnis.* (*re*

"*Invidus, alterius qui proſperitate dolo-*

"*Conſuevit, doleat, donec invidus eſſe*

" *negetur.* (*agantur.*

"*Torqueat aura leves, & pulveris inſtar*

"*Qui torquent hominum leges ſimul at-*

que Deorum. (*mentis*

At quo digredior? nam prima intentio

Hæc fuit, ut breviter libri præfatis amarã

Materiem tangendo, Authori fauſta pra-

carer,

Farier idcirco triſti de tempore cœpi,

Vt tragicam Mœris; Damonis, & Alphesïbæi, (Circes

Occiperem Muſam cantare, nefandaque

Pocula, ſemi-capros, Faunos: Dryadasq; ; Medeasq; ;

Vm-

Umbrones; Cynopas; Tyridatas;
atq; Choatras;
Neuros, *&* Marsos; *Pasetaos*; *ac* Atyæros, (stas;
Et magico diras beluas Terrore Choa-
Præ reliquis, & qui stygiâ celebrantur in arte:
Simones; Mycales Matres; Arnuphin, Othinum
Thessalam; *anumq;* Eriphum; *nimia pietatis* Erícto: (*pago*,
Hæc mala progenies, serpentis vera pro-
Inter Christiadas sedem possuisse videtur
Sat fixã, innocuis fine fine nocere parata.
Hanc impressa sibi, Cacodæmonis ungue maligno,
Stigmata habere ferunt; occultum in corpore signum. (*vis.*
Quo sibi devincit Malº *ad servitia quæ-*
Atque ut difficile est verò hæc mancipia noßse. [*Mille*

[*Mille modis etenim vafer est Cacodæmonis astus*] (giator:
Nî tamen hîc fallar, fuerit tibi Præsti-
Lascivus; Cupidus vindictæ; Liti-
gosus; (varus,
Livore ac odio plenus; Crudelis; a-
Ἀργός; blandus; derisor; & ordi-
nis osor, (parentũ;
Quem lex connubij *poscit*, cultusque
Prætumidus fastu; nulli gravitate
secundus; (dolosus;
Versutus, gaudens aliorum clade,
Et pro renata varius; vafer *ore bilingui,*
Aurea Verba loquens; servans sub pectore Vulpem,
Non rarò specie pietatis fallere suetus;
Qui si non aliâ poterit ratione nocere,
Pestifero fraudes calamo machinatur apertas; (*norem,*
Aut minuit furtim linguâ melioris ho-
Et facilem occultis præbet roloribus
aurem.

Cone

Consiliis audax *pravis*; simulator; *iniquus.*
At quia vicinæ pecudis contagia serpunt;
Hæc ex convictu multis opprobria adhærent,
Queis nondum placuit cum Damone fœdus inire (fœda
Perpetuum, & Christi calcato corpore,
Pangere savia, sed ne sim prolixior æquo,
Sta calame, Hartziade *felicia cuncta.*
precatus sit!

JACOBUS STEPHANI
Waldeccus, SS. Th. Cand.
faciebat 16. Cal. Decembr.
∞ IↃ. CXXXII.

Cla-

CLARISSIMO

DN. CUNRADO Hartz/

Gogravio & Prætori Brandeburgico apud Herfordienſes Nobili,

Contubernali ac convictori olim ſuo in Acad. Marpurgenſi jucundiſſimo,

De hoc ejus tractatu utiliſſimo gratulatur.

GABRIEL Fuhrlohn/

Advocat. Herfurd.

JVliaca evexit, quæ nunc Iovis alite gaudet, (domus.

In Themidos myſtam, te recolende,

Te Prætore, ſcelus quod Præſtigiator iniquus

Suggerit ille malis, tollitur è medio.

Gua-

Gnaviter exequitor Domini ſacra juſſa fidelis,
Præſtigiatricem vivere ne ſinito.
Nota Veneficy ſed quæ ſit vera remõſtras,
Hoc opus hic labor eſt, quæſtio non facilis:
Rumpe moras, atq; ambiguo Patrone clienti
Tẽporis hocce nega. Iura revolve ſacra.
Collige quæ video multo congeſta labore
Hiſce queas ſtriges tollere de medio.
Addere ſi patitur tempus quis plura monebo
Cautelis variis pervigili ſtudio.
Quis ſine ſacratur longo ſufflamine litis
Strix Vulcane tibi, fœdi fraga hæc Domino.
Victima mactatur Domino vix pinguior ulla
Quam ſit ſortilegam perdere jure rogo.
Nobile quod munus felix fauſtumq; precabor,
Det Deus his votis pondus ineſſe meis.

PRO:

PROSCENIVM.

CUM non minus veridicum quam Juridicum eſſe rear tritum illud dicterium, ubi majus periculum, ibi cautius agendum

ut habet c. ubi periculum de elect. lib. 6 & c. quieſcamus 42. diſt. & 7. quaſt. 2 can. fin. & can. miramur. 61. diſt. & in l. 1. §. ſed & ſi. ff. de carbon edict. Nicol. Reuſner. lib. 3. Conſil. 1. num. 3. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 125 num. 10.

Judicem quemlibet haud immeritò omnem à ſe feſtinantiam abjecturum, & potius tarditati, ut omne corporis & animæ periculum evitet, ad hæſurum, reo acculato, vel agentibus pro eo, in præſtando audientiam, facilem præbiturũ arbitror. Nã benigna audientia Judicis quodã-

dãmodo tolerantiã pœnæ impoſitæ præſtare videtur, ut è contrario Judicis arrogantia & impatiẽtia in audiendo reum, aut agentes pro eo, ſæpius non ſolum in maledicẽdi temeritatem, verum etiam vindicandi cupiditatem detrudunt; Et denique Deum ter opt. maximum, qui ſol Juſtitiæ nuncupatur, præcipitata tali injuſtitia ad irã invitat; quod ſecus eſſe puto, quãdo Judex in audiendis juribus ipſius rei eſt facilis: quo caſu reo fatendum, non defuiſſe ſibi Judicis audientiam, ſed Juridicè ubiq; proceſſũ, & condemnationem ritè inſecutam fuiſſe, illudque operatur aliquo modo patientiam.

referente Hippol. de Marſil. in pract. crim. § fin.

Verum enim vero cum hoc noſtro ſeculo

ſeculo admodum rectè, quod Horat. lib. 3. ode 6. antiquitus cecinit, deplorare liceat.

Ætas parentum pejor avis, tulit nos nequiores, mox daturos progeniem vitioſiorem.

Ex quo hoc tempore plurimi tam ſenes quam Juvenes reperiuntur; qui ſcientia DEI deſtituuntur aut ſi DEUM cognoſcunt, non ut Deum timent & venerantur ſed magis ſua deſideria, ſicuti voluptates carnis, concupiſcentiam, vitæq; ſuperbiam ſectantur: in quorum numero ſupremum ſibi vendicant gradum ij, quos propter facinorum magnitudinem vulgus malificos appellat.

juxta text. in l. nemo 5. C. de malef. & mathemat. c. nec mirum. 26. q. 5.

Quo hominum genere cum nullũ nequius, nullum damnabilius, nullum

lum Deo ingratius, nullum Reip. perniciosius, & Dæmonibus propinquius inveniatur, quia magicis artibus imbuti, elementa turbare, vitam insontium labefactare haud vereantur.

prout retripſ. Impp. Conſtant. Iulian. A. & C. ad populum in l. multi 6. C. de maleſ. & Mathem.

Imò Divinam majestatem, Deũ imprimis abnegando, & Babtismatis Sacramento renunciando, blaſphemare, hominumque saluti & publicæ utilitati insidiari frequentiùs attentent, Indecens indignũq; quilibet sanæ mentis judicabit, si crimen hoc enormissimum inultũ relinqueretur, nec severissima legis animadversione illi, qui multorum vitæ insidiantur demandarentur. Quia enim injustè in insontes sevi-

unt, ſuisq; incantationibus, ſortilegiis & Diabolicis conjurationibus elementa concutiunt, tempeſtates & cæli injurias movent, terræ & arborum fructus deſtruunt, homines & jumenta interimunt, nec non alia plurima abominanda operantur, crudele foret talibus parcere, & uſuram hujus vitæ longiorem concedere.

Non immerito igitur ſecundum leges Divinas & humanas moret mulctandi, & ab hominum ſocietate tollendi ſunt, qui cum Principe tenebrarum, qui lucem odit & tenebras amat, adverſus communem omnium proſperitatem, fœdus iniverunt, ejusque perpetuo, miniſterio, nullo delirio, inſania aut læſæ phantaſiæ morbo correpti, ſe devoverunt. Innocentes enim traderet exitio,

exitio, qui multorum exitia cogitantibus parceret.

Cum autem Reipublicæ interſit, provincias, ad conſervandum ſtatum illęſum, hominibus malis purgari. Pœna, creſcentib⁹ delictis, interdum exaſperanda, juxtaq; menſuram delicti plagarum modus erit. *ut ait text. Deuteron. c. 25. c. non afferamus. 24. quaſt 1. l. reſpiciendum ff. de pœn. Auth. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſ.*

Verum cum nemo dicendus talis, niſi declaratus fuerit talis. non enim ſtatim, quod quis accuſat⁹, ſed quod cõvictus, reus nec ſtatim in nocens, qui ex generali innocẽtiæ præſumptione defenſionem ſtruit, dicendus eſt; ſi enim accuſaſſe ſufficeret, quis foret innocens. Et ſi negaſſe ſufficeret, quis uſquam nocens eſſe videretur.

Inquit And. Gail. de Arreſt. Imp. cap. 10. *num.* 18. *Et Nicol. Reuſner. lib.* 2. *Conſil.* 15. *num.* 13.

Operæ me pretium facturum arbitror, ſi diligenti examinatione, ſolidaq; diffinitione explanem, quâ ratione & modo maleficus æſtimãdus, & pœnis condignis plectendus ſit; quod ut obtineam, rem in ſequentibus concluſionibus, ea qua par eſt brevitate, expediã, ut lector amandus maleficũ exinde cognoſcere & proceſſum deſuper formare valeat.

CONCLVSIO PRIMA.

VEneficium est crimen publicũ, colluviem delictorũ continens; proindeq; ob delicti gravitatem, quam primum deprehensum fuerit, mortis pœna cohercendum.

Summaria.

1. *Veneficia juxta naturam suam clam committuntur.*
2. *Occulta scelera tandem omnia revelantur.*
3. *Venefici fœdus cum morte & inferno ineunt.*
4. *Deus Magos & Sagas extremo supplicio affici mandavit.*
5. *Quidam inter Sagas & Magas distinguunt sed malè:*
6. *Veneficium non est mere hæreticum.*
7. *Magistratus Dei minister est.*
8. *In Sagis plurima concurrunt delicta.*

9. *Diabolus vera carne deſtituitur.*

10. *Blaſphemia ultimo ſupplicio, ex L. Div. digna.*

11. *Non propter damnum datum ſed fœdus cum Cacodæmone initum Lamiæ puniuntur.*

12. *An contractus inter Dæmonem & Lamiam celebretur?*

13. *Pactum eſt duorum pluriumve in idem placitum & conſenſus.*

14. *Aliud eſt utile, aliud inutile pactũ.*

15. *Pacta cum Dæmone ſunt inutilia & invalida.*

16. *Pactum contra bonos mores initum ſervandum non eſt.*

17. *An pœnitentia excuſet â pœna?*

18. *Blaſphemis de I. Civ. ultimum irrogatur ſupplicium.*

19. *Quod cum diſtinctione accipiendum, ut n. 16. & 17.*

20. *Creſcentibus delictis creſcunt & pœna.*

21. *In-*

21. *Infantia an excuſet â delicto?*

22. *Ex delicto non tenetur qui dolo & conſilio caret.*

23. *Impubes capitalem fraudem non admittit.*

24. *Dolus malus in Impub. ætatem non cadit.*

25. *Impuberes ſunt puniendi; ſed mitius.*

LIcet enim natura ejus criminis ſit, ut occultè cõmittatur, quippe quod magnam communionem cum Principe tenebrarum, qui lucem odit, & tenebras amat, habet, & ſic longè lateq; ſuum virus diffundat, ita ut non ſine moleſtia labore & difficultate aliqua ex parte extirpari queat: Attamen occulta ſcelera omnia, ut ne Diabolus quidam mancipia ſua à pœna legis liberare poſſit, revelantur: quicquid enim, ut habet vetus diſtichon, ſub nive celatur, dũ nix perit, omne videtur; Revelato 1 2

itaq;

itaq́, crimine, veneficas, qua tales, morte plectendas esse, intrepidè statuendum arbitror. Quia enim Deum imprimis abnegarunt, suscepto Baptismatis Sacramento renunciarunt, fœdus cum morte & inferno iniveverunt, Dæmoni cultum reverenti-
3 amque exhibuerunt, nec nõ alia plurima horrenda & enormissima crimina commiserunt, & perditi, alios, sæpenumero liberos conjuges & consanguineos proprios, perdere non intermiserunt, seducti alios in errorem & malitiam seducere tentarunt, non immerito secundum legem Divinam humanamq; morte mulctantur, & ab hominum societate tolluntur: apud omnes enim qui sacras literas vel primis labris degusta-
4 runt, constat, Deum apertè mandavisse, Magos, Aruspices aut Ariolas extremo supplicio afficiendos.

Levit. 20. *v.* 27. 1. *Sam.* 28. *v.* 7.

Et proinde Sagas quoq; nostras, quas

quas proprietate vocabuli ſub Magis comprehendi indubium eſt (eſt enim Saga mulier Maga vel incantatrix vel præſtigiatrix, quæ abjurato prius Deo Cacodæmoni manifeſtè ſe ſtipulatione mancipavit) eidem pœnæ obnoxias cẽſendas eſſe ſequetur. Deus enim per Moiſen. Exod. 22. v. 18 præcepit maleficos ſeu Magas, è-quarum ſocietate nunquam poterunt noſtræ Sagæ eximi, capitali pœna puniri: Etſi enim non nulli diſtinguant inter Sagas Maleficas ſeu Magas, ego tamen hanc diſtinctionẽ floccifacio; ſiquidem Deus loco citato præcepit è medio tollere omnes illos qui opera Diaboli, hoc eſt illicitis artibus & modis â Diabolo excogitatis, benè malevè aliquid perficere cupiunt: At certũ eſt Sagas, quæcunq; mirifica & inſolita vel agunt, vel agere ſe credunt, virtute Dæmonis agere: ſequetur igitur indubitate, has non minus ac Magas ultimo

supplicio dignas esse; præsertim cum sæpenumero alios quoq; ad idem crimen perpetrandum (pascicuntur enim ab initio se omnem operam navaturos) inducant & cohortentur, de quibus seductoribus lex Dei sic ait: Si frater tuus eadem tecum matre natus, aut filius aut filia, aut quæ in sinu tuo est uxor, aut amicus æquè tibi charus atq; anima tua, clam cohortatus te fuerit ad cultum Deorum alienorum, ne ei obsequium dato, ne auscultato, ne pareto, ne ejus misereſcito, lapidibus obruitote, qui vos à Deo vestro abducere conatus fuerit, quid, quod mox domos, pecora supellectilem, una cum totis oppidis, in quibus tales perditi homines, qui cives suos adcolendum Deos alienos incitant, reperti fuerint, concremari precipit? Anne hic Dæmonum cultores, & Dei veri desertores, qui alios quoq; in idem scelus protrahere studeant, excusandos, vel magis

gis propter nefariam desertionem & seductionem capitaliter damnandos esse omnes sani arbitrabuntur? Et licet nonnulli disputent, animadversionem capitalem de crimine Magiæ ex quo pravitatem hæreticam sapiat, Christo Zizania eradicare interdicente.

ut patet Matth. 13. vers. 30.

Suosq; discipulos à vindicta ignis arcente.

Luc. 9. vers. 54.

Imo veteris Ecclesiæ & Apostolorum praxi reluctante nō competere.

uti testimonia Patrum, nimirum Augustini cont. Crescent. lib. 3. cap. 5. & Chrysost. in Matth. hom. 47. cap. 13. non minus ac Exempla Apostolorum Petri & Pauli perhibent. de quibus Act. 5. v. 5. & 13. vers. 11. propterea præcipui isti hæresiarchæ Arrius Nestorius & Eutychen, legitime & sufficienter convicti, à communione quidē exclusi ad ultimū tamen supplicium non fuēre condemnati.

Atq

6 Attamen cum crimen Magiæ non sit merè hæreticum, sed alia graviora delicta, quæ legibus publicorum Judiciorum vindicantur, ad mixta habeat, illius coercitionem Magistratui politico competere.

evincit Iohan. Francisc. Ponzinib. in tract de lam num. 2. Ioh. Bodin de dæmonom. lib. 4 c. 1.

7 Est enim Magistratus Dei minister, non fruſtra gestans gladium, vindex in iram ei qui male agit.

ad Roman. cap. 13. vers. 4.

Et certè cum plurima hic concurrant delicta: sunt enim Homicidæ, quia veneno tum homines tum bruta è medio tollere conantur, & quocunq; detrimento, quos oderunt, afficere student, extremo supplicio afficiendas fore, non est quod dubi emus; In comperto enim est ex lege Cornelia de Sicariis, homicidam capitis pœna teneri: Ergo & venefi ã, ut commensuretur pœna delicto & culpæ. *l. re-*

l reſpiciendum. ff. de pœn. l. 1. §. ſed & qui. ff, de abig.

Prætereaq; Adulteræ ſint, unde odia inter conjuges ſerere, atq; ad impudicos amores tum virgines tum maritatas non impellere tantum, verũ etiam cogere connituntur: Quæ licet per ſe ſingula ſint capitalia, eo magis tamen ſunt ejusmodi, quia famulari operâ & miniſterio Dæmonum perficiuntur. Taceo hic quod fœdam & execrabilem cum Cacodæmone Sodomiam exerceant, ſingulæ enim contra naturam ſuos habent amaſios, ornatu, adſpectu, nomine diſtinctos, quos pleriq; hoc nomine; Fedder Hans/aut Hans Fedderbuſch/ appellitant, cumq; iis ſtatim à contracta ſocietate aut pactione congredi ſolent, ſicut univerſæ, obicunq; captę fuerint, imo præterlapſis annis in Civitate Herfurdiana impuberes femellulæ magno conſenſu his verbis, ihr Buhle habe mit ihnen geſpielet/

publicè adseverarunt. Etsi enim vera
9 carne Diabolus destituatur, cum sit Spiritus, & ob id veneris cupidine, hominum instar, nulla teneatur; Attamen eo fine, ut sagis voluptatem & delectationem pariat, ipsis commiscetur licet minimam quandoq; voluptatem, prout communiter in tormentis fatentur, exinde hauriant. Jam vero præcipit Deus, ut contra naturam, aut cum bruto coëuntes, concrementur ambo, Anne igitur gravius delinquit, qui spurcissimos spiritus in amplexus admittit, imo, contra naturam, allicit & sollicitat: Sodomiam autem ex L. Julia gladio puniri in comperto est.

Iuxta l. 31. C. ad L. Iul. de adult.

An tantum ut consummatio operis non requiratur, sed voluntas & conatus actui proximus sufficiat. Et licet non nulli aliter sentiant, attentantes nimirum non pœna mortis, sed extraordinaria puniendos fore.

ut refert. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. § ſodomia verſ. quæro num. 8.

Tamen verior & ſanctior opinio eſt incontrarium cum hoc peccatum ſit omnium maximè deteſtandum & execrandum, & non ſimplici & levi morte, ſed maximis ſuppliciis & execrandis modis, ad terrorem aliorum, mulctandum ſit.

Andr. Gail lib. 1. de P. P. cap. 14. num. 26. Treutl. part. 2. diſp. 32. theſ. 2. lit. A. Farin. quæſt. 145 num. 56. & ſeqq.

Præterea accedit Blaſphemiæ crimen, quod juxta legem Divinam capitali ſupplicio feriendum. Quicũq; enim maledixerit Deo ſuo, portabit iniquitatem ſuam, & qui prophanaverit nomen Jehovæ, moriendo morietur lapidando lapidabunt eum univerſus cætus: Jam vero conſtat horribilibus convitiis Lamias, qua tales, Deum æternũ ἐκ τῆς σταυρώσεως profcindere, diriſq; blaſphemiis lacerare, & initio ſui contractus, his verbis: Nun ſehe ich einen Sternen! 10

forſitan Luciferum, vnd verleuchne Gott meinen HErrn/horrenda voce abnegare: Jam vero ex ſacra ſcriptura conſtat; Deum abjurantes, cultũque divinum maledictis proſcindẽtes, blaſphemos dicit.

ut patet. Actor. 18. v. 6. & Iacobi 2. v. 7. & 1. Petr. 4. v. 14.

Blaſphemus autem ex lege Divina lapidib⁹ obruitur & morte plectitur.

ut patet Levit. 24. videatur ulterius Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. blaſphemia n. 3.

Imo, quod majus eſt, crimen læſæ Majeſtatis Divinæ committunt.

teſte Georg. Everhard. conſil. 2. num. 43. vol. 1.

At certum eſt, ut, qui crimen læſæ majeſtatis humanæ committit, extremo afficiatur ſupplicio:

per l. quisquis. C. ad L. Iul. majeſt. & hæc eſt communiſ. ſent.

Ergo multò magis qui reus eſt majeſtatis divinæ; nam gravius eſt divi-

nam

nam quam humanam lædere majeſtatem.

per c. vergent. de hæret. Auth. Gazaros. C. de hæret. & manich. Confer. Hebr. 10. v. 29. Andr. Gail. lib. 1. de Pac. Public cap. 19. num. 18. & cap. 20. num. 11.

At Sagæ ſunt reæ læſæ majeſtatis Divinæ: Id quod ratio evidens demonſtrat, declinant enim à partibus ſui domini & regis ad hoſtem regni, & cum eo pactum ineunt cõtra proprium & ſummum ſuum principem, quod eſt de natura criminis læſæ majeſtatis. Ergo ut majeſtatis reæ damnãdæ ſunt. Quo circa Magiſtratũ qui tales Adulteras, Homicidas, Sodomitas & Blaſphemos, licet nihil damni dederint, imò Majeſtatis crimine reas morte mulctat, minimè peccare arbitror. Non enim propter damnum datum ſed fœdus cum Diabolo initum interfici eos vult Dominus. Intentio enim & animus delinquentis diſtinguunt maleficia. *juxta*

juxta l. qui injuriæ. ff. de furt. l. quod reipublicæ. ff. de injur. l. 1. C. ad L. Cornel. de Sicar. Andr. Gail. lib. 2. obſer. 109 num. 11.

Et prava voluntas non exitus conſiderari debet.

juxta l. Divus ff. ad L. Corn. de Sicar. d. l. qui injuriæ ff. de furt.

Ubi tamen obſervandum majorem pœnam ſemper abſorbere minorem.

ſecund. Salic. in l. 5. n. 3. & 4. C. ad L. Iul. de adult. Nicol. Reuſner. lib 3. conſil. 16. n. 33.

Et licet hic objici poſſet, non quamlibet deſertionem vel abnegationem capitalem fore, per conſequẽs, igitur extremo ſupplicio cohercendam nõ eſſe, alias abnegationem Petri Apoſt. valde obſtare. Verum cum alia fuit abnegatio Petri, ex imbecillitate carnis absq; ullo pacto Diabolico commiſſa, longè verò ſit alia Sagarum abnegatio, qua ex propoſito & deſtinata voluntate præſtigioſum fœdus

cum

cum Dæmone initur, minimè illam obſtare, neq; hanc iſtâ excuſare poſſe arbitror. An autem inter Sagam & 12
Dæmonem, qui corpore duntaxat præſtigioſo utitur, vera pactio, ob naturarum diſparitatem, eſſe poſſit, â pleriſq; controvertitur. Putant enim (1.) naturarum diverſitatem non pati pactum; quia (2.) cum nulla ſit cõmunio inter Dæmonem & hominẽ, nullum poſſe eſſe pactum, nec contractum: Et (3.) quæ dari fierive nec de jure nec naturaliter queunt, eorũ nullam penitus eſſe obligationem, maximè cum (4.) in ſtipulantium non ſit poteſtate, nec ita in caſu poſitam conditionem ut natura ſit poſſibilis; nec fiat (5.) eâ forma, quæ dat eſſe rei, cujusq; omiſſio vitiet actum; perpetuaq; (6.) inter contrahentes maneat diſſenſio: Ex quo de alio Dæmon & de alio homo ſentiat: Imo (7.) dolo, fraude, aſtu ignorantia ac errore circumveniatur, ut contractus vel pactum

ctum de jure ſubſiſtere nequeat. Verum licet hæc primo intuitu ſpecioſa cuiquam videri poſſent, ex eo tamen induci non poteſt, pactum inter hominem & Dæmonem non ſubſiſtere; nihil quicquam enim facit naturarum diſparitas; propterea enim pactum inter Deum & Abrahamum, Moiſen & alios initum, præſtigioſum aut irritum dici nequit. Pactum ex
13 nim definitur eſſe duorum plurimúve in idem placitum & conſenſus.

Iuxta l. 1. ff. de pact.

Atqui homo cum Dæmone fœdus iniens in idem conſentit: Ergo pacti nomen non injuſte obtinet. Licet non ignorem, pacta diſtingui à Dd.
14 in utilia, vel, ut aliqui volunt, valida: & inutilia, ſive invalida vel nulla, & ſic utilia ab inutilibus per eſſentiam diſtingui: cum utilia pacta habeant eſſe, inutilia non.

l. jnrisgentium. §. pactorum. & §. ſi ob maleficium ff. de pact. & l. pacta quæ con-

contra. de R. Iur. in 6. Caccialup. in tract. de pact quæst. 6. Bart. Alberic. Iaſ. & alij in d. §. ſi ob maleficium.

Proindeq; larga licet manu largiri poſſim, pacta quæ fiunt cum Dæmone, eſſe de jure tam Civili quam Canonico illicita, inutilia, invalida, nulla turpia, per conſequens nullam inducere obligationem, cum invitent ad delinquendum. 15

per l. illud convenire. ff. de pact. dotal. l. ſi unus. § pacta quæ turpem cauſam ff. de pact.

Attamen exinde non induceretur, pactum inter Dæmonem & hominē non eſſe initum, ut puniri poſſit, ſed hoc duntaxat argueret; tale pactum; ut turpe & dolo malo, contra bonos mores, initum, ſervandum non eſſe. 16

Quæ enim contra bonos mores fiunt (quod ſecundum Canones tunc fieri dicitur, quando ex ejus obſervātia peccatum ſequitur; ſecundum leges vero, quando lex hoc dicit & re-

pu-

putat eſſe contra bonos mores, licet ſine peccato fieri poſſit)

ſecund. Bart. in l. ſi quis, inquilinos. 112. §. fin ff. de legat. 1.

De jure impoſſibilia reputantur.

per l. filius. 15. ff. de condit. inſtit.

Cum autem impoſſibilium nulla ſit obligatio.

uti patet. ex l. impoßibilium. 185. ff. de Reg. Iur.

Sequetur, tale pactum ſervandum non eſſe, ſed magis annihilandum & revocandum; quod ut omnes Lamiæ corde contrito faciant, faxit Jehova Deus.

17 Verum an per inſecutam pœnitentiam, pœnam Juris evitare valeant, nõ auſim ita ſimpliciter affirmare. Blaſphemos quidem de Jure Canonico hæc pœna manet, ut per aliquod dies in pane & aqua jejunent, & ſeptem diebus dominicis, ſine pallio & calceamentis, pro foribus Eccleſiæ ſtent.

ut habetur in c. fin. ext. de maledict.

Et si est Clericus ab ordine Ecclesiastico deponatur, si vero Laicus, anatematizetur.

per c. si quis per capillum 10. caus. 22. q. 1.

Verum de Jure Civili ultimum supplicium. 18

Novell 77. c. ult. & 1.

Quod verum arbitror, si, juxta Recess. Imper. Anno 1495. & Anno 1512 Colonię habitos, blasphemia immediatè in Deum fierer, vel blasphemus ipsi Deo malediceret, quod non sit verè Justus; secus, si alia formâ inadvertēti usu blasphemaret, tunc enim arbitrio Judicis, non ultimo supplicio puniendus. 19

prout disponit P. H. D. Car. V. art. 106.

Verum enim vero cum plurima in sagis & veneficis concurrant delicta: prout supra remonstratum: Et juris sit indubij, ut crescentibus delictis,

cres-

creſcant & pœnæ, quoad pœnam evitandam in Sagis & Veneficis, qua talibus pœnitentiæ locum fore planè nego: Juris enim notiſſimi: In delictis conſummatis, quo ad evitandam pœnam, non eſſe locum pœnitentiæ.

juxta l. qui ea mente. 65. juncta gloß. ff. de furt. & l. pen. ff de furt & l. pen. ff. in bon. rapt. Schneidevv. ad §. quadrupli. n. 2. Inſt. de Action. p. m. 14. 30,

21 Verum an infantia in hoc delicti genere excuſet, dubitationem habet non medio crem; Infans enim cum doli capax non ſit, & quicquid agit ignoret.

uti probat text. in l. ſed & ſi §. fin. ff ad L. Cor. de Sicar. clem. 1. & ibi communiter omnes & præſertim Bon. de Viteln. 11. de homicid.

22 Ob conſilii enim defectum, & quod dolo careat, pœna ordinaria non tenetur.

per d. l. infans. & d. clem. unic.

Et li. et dolo ſit capax, poſſitq; in e-

un

um omne delictum, præter delictum carnis, cadere, tamen mitiori quam ordinaria pœna puniendum eſſe quinq; & triginta Doctores affirmarunt.

quos refert & recenſet Iac. Menoch. lib. 2. de Arb. jud. quæſt. caſ. 329. n. 12.

Impubes enim capitalem fraudem vix admittit. 23

juxta l. cum autem §. excipitur. ff. de Aedil. edict l. impuberem ff. de falſ.

Cum dolus malus in eam ætatem non cadat. 24

l. impuberem. ff. de furt. & l. pupillum. ff. de reg. Iur. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 110. n 31.

Cum limitatione igitur & diſtinctione intelligendum quod de infantiũ excuſatione dictum eſt, nempe ſi cũ infantiæ ætate doli non ſint participes, ſecus ſi doli fuerint capaces, & verſentur in delictis à Jure Divino & Humano prohibitis, in quibus, cum

ſint de generibus prohibitorum, ſemper præſumatur dolus.

vide Receſ. Imp. de Anno 94. v. **Ebener maſſen.**

Quando enim quis actum per ſe illicitum explicat, ipſo facto in dolo manifeſto eſſe cenſetur.

per l. ſi explagis. §. tabernarius. ff. ad L. Aquil l. ſi non convitij. C. de injur. gloſſ. & Dd. in l. dolum C. de dol. Andr. Gail loc relat. num. 8. & lib. 1. de P. P. cap. 7. n. 13. Bart. Blarer. in tract. l. diffamari. C. de ingen. & manumiſſ. c. 5. num. 55. Schaunem. obſervat. Camer. 33. ubi omnino vide.

25 Proindeq; cum malitia ætatem ſuppleat, puniendos eſſe ſtatuo, quamvis nõ tam rigoroſè, ſed mitius, propter ætatem, factum nonnihil excuſantem.

juxta l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. l. ſi alterius. C. ſi minor ſe major eſſe dixerit. Iodoc. Damhauder. in pract. crim. cap. 86. n. 3.

CON-

CONCLVSIO II.

NE autem in cognoſcendis Veneficis ordo juris invertatur; ante omnia officio Judicis cõgruit, primo de delicto, poſtea de delinquente, per Indicia legalia inquirere, deſuperq; proceſſum formare.

Summaria.

1. *Si non conſtat delictum eſſe commiſſum Iudex regulariter ad capturã, inquiſitionẽ aut torturam devenire nequit*
2. *Per conjecturas & præſumptiones probatur, quod directo probari nequit.*
3. *Conjecturalis probatio dicitur evidens.*
4. *In occultis & ſecretis non requiritur tam plena probatio ſicut in alijs.*
5. *An plurium ſociorum teſtimonium ſufficiens indicium præbeat ad torturam.*
6. *Criminoſus eſt infamis.*

7. *Criminoſus â teſtimonio perhibendo repellitur.*

8. *Numerus teſtium inhabilium nec fidem nec inhabilitatem ſupplet.*

9. *Argumentum ab extincto ſubjecto ad extinctas operationes valet.*

10. *Quæ leges non dicunt, ea nec nos dicere debemus.*

11. *In criminalibus ſemper benignior ſententia amplectenda.*

12. *Melius eſt peccare in miſericordia quam in ſeveritate.*

13. *Vera juſtitia eſt miſereri delinquentibus.*

14. *Miſericordia eſt plenitudo virtutũ.*

15. *Ex ſolis depoſitionibus complicum Iudici non eſt procedendum.*

16. *Crimina excepta vocantur, nõ quoad procedendi modum, ſed quoad pœnæ exceſſum.*

17. *Vbi majus periculum, ibi cautius agendum.*

18. *So-*

18. *Socius criminis contra ſocium facit indicium in caſibus in quibus poteſt interrogari.*

19. *Veneficiũ eſt de criminibus exceptis.*

20. *In Criminibus exceptis non creditur ſocio contra ſocium abſq; tortura,*

21. *Quando nominatione ſocij criminis concurrit adminiculum, tunc præbet indicium ad torturam.*

22. *In Criminibus exceptis reus de complicibus poteſt interrogari, quod ſecus eſt in non exceptis.*

23. *Ex pluribus imperfectis, in ſua ſpecie, non reſultat unum perfectum.*

24. *Iudex non debet pœnas à Iure ſtatutas differre, alias punitur.*

25. *Iudex nõ debet eſſe clemẽtior lege, lex enim mitior quam Iudex eſſe poteſt.*

26. *Ad capturam leviores, ad torquendum urgentiores, ad condemnandum luce meridiana clariores probationes requiruntur.*

27. *In*

27. *Indicia legitima certo definiri nequeunt.*

SIve enim permodum Inquisitionis vel accusationis procedas, tamen ante omnia de corpore delicti
I constare oportet, alias nec inquiri, nedum ad capturam aut torturam deveniri potest.

per l. 1. §. item illud. ff. ad S.C. Syllanian. Hypp. de Marsil. in pract. crim. §. Principium. n. 5. Prosper. Farin. in pract. crim. lib. 1, tit. 1. quæst. 1. n. 6. Georg. Everhard. consil. 12. num. 13.

Neq; enim locus esse potest tormentis, nisi perspicuè constet de ipso delicto, & corpore delicti.

per l. 66. §. si Tetium. ff. defurt. & l. 1. C. ubi caus. fiscal. Nicol. Reusner. lib. 3. consil. 16. n. 8.

Verum si delictum perquam esset occultum, ut veneficium, de quo in materia subjecta, quomodo inquiritur de clandestino & occulto, quod dicti-

difficilis eſt probationis? Verum licet directo nec per teſtes, nec per alia documenta, cum difficillimæ ſit probationis, conſtare poſſit; propterea tamen non ſequetur eſſe inultum relinquendum: ſiquidem per conjecturas probandum veniat: Ubi enim tractatur de probando occulto & clandeſtino, ibi admittitur probatio per conjecturas. 2

ut habetur in c. præterea. de teſtib. & voluit Bart. in l. in illa ſtipulatione. in fin. verb. ff. de verb. obligat. & in l. de pupillo. in §. ſi quis ipſi prætori. in 8. quæſt. ff. de oper. nov. nunciat. Feder. de Sen. conſil. 119. Incip. nulli dubium. ubi plura jura ad hoc allegat. & Alex. conſil. 146. vol. 6.

Et talis probatio, quæ fit per conjecturas, dicitur evidens. Nam quod ex conjecturis ſeu præſumptionibus apparet, dicitur evidenter apparere. 3

text. eſt expreſſus, ubi notat. Bart. in l. licet Imperator ff. de legat. 1. & pro-

batur in l. si quis locuples ff. de manumiß. testam & l. creditor. C. de pignorat. act. l. si tutor. petitus. C. de peric. tut. vel curat.

Appellatione enim probationis, cõtinetur etiam probatio conjecturalis, dummodo lex habeat conjecturam pro veritate.

ut ait Bald. in cap. 1. §. conventiculum. in 3. col. de pac. juram. firmand. & allegat. l. Lucius. ff. de condit. & demonstr.

Illud enim, quod non potest per rerum naturam clarè probari, argumẽtis & indiciis satis probabitur.

teste Bald. in c per tuas in 2. col. vers. opponitur. extr. de probat. Hippol. de Marsil. in repetit. rubric. C. de probat. in 63. col.

4 Quia in occultis & secretis non requiritur tam plena probatio; sicut in aliis.

ut patet in c. in fidei, ubi in specie notat Petr. de Anchar. in fin. de hæret. in 6.

Imo

Imo in his admittuntur præſumptiones, veriſimilitudines, & indicia, vim plenæ probationis habentia.

arg. l. non omnes §. à Barbaris. ff. de re milit. Bart. in l. ſi quis ex argento, §. an vero n. 3. & Alexand. in prætor ait n. 10. ff. de edend. Georg. Everhard. conſil. 1. vol. num. 13.

An autem ſufficiens indicium plurium ſociorum teſtimonium præbeat, nō eſt omnium eadem ſententia; quidam enim ajunt, quidam negant. Horum opinioni inſequentia ſubſerviunt fundamenta: Criminis ſocius, (1) ex quo de ſe delictum fatetur, redditur infamis. 5 6

juxta l. 1. ff. de his qui notant. infam. c. ſuper eo. & l. 1. ubi Felin. num. 1. extr. de teſtib. Iacob. Airer. in proceſſ. hiſtor. part. 1. cap. 7. obſ. 5. num. 2. Proſper. Farin. de indic. & tort. reorum. lib. 1. tit. 5. quæſt. 43. num. 4. in fin. p. m. 693. Iac. Menoch. de arb. judic. quæſt. lib. 2. cent. 5. caſ. 474. num. 19.

Atqui infamis â testimonio perhibendo repellitur.

per l. 2. ff. de senat. c. testes. 2. quæst. 7. c. similiter. & seqq. q. 5. c. qui crimen. 6. quæst. 3. c. si. quis conjunctus. 22. q. 5. Iacob. Airer. d. p. 1. c. 7. obs. 6. n. 9. Iohan. Schneidew. ad § servus. num. 4. Inst. de cap. diminut.

Nam in criminalibus debent probationes proferri à personis fide dignis, seu testibus idoneis.

ut dicitur in l. fin. C. de probat.

Cum igitur criminis socius tali defectu laboret, qui non solum de fide ejus diminuat, sed ex toto eum inhabilem reddat, sequetur, ejus testimonium, etiamsi alterius vel plurium sociorum dicto juvetur, fidem non mereri; numerus enim testium nec
8 fidem, nec inhabilitatem supplet, quia quod nullum est, supplementū non recipit, nam non entium nullæ sunt qualitates, nullaq́; accidentia.

vulgata l. 14. §. 1. ff. de jur. codicill l.

ejus

ejus qui § penult. ff. si cert. petat. Andr. Gail. de arrest. Imp. c. 7. num. 2. Herm. vult consil. 29. n. 49. vol. 3 consilior. Marpurg.

Testes enim inhabiles non possunt simul habilitari, cum unus dare nequeat alteri, quo ipse caret. Valet enim argumentum ab extincto subjecto ad extinctas operationes. 9

ut late probat. Philip. Corn. consil. 14. vol. 2. Iohan Sichard. de contract. consil. 9. num. 2. p. m. 212. fac. 2.

Et sic multa imperfecta nequeunt simul producere unum perfectum, uti ex multis repidis erga unum calidum colligi potest.

Deinde (2) in constitutione Carolina, ad quam velut Lesbiam regulam judicia sunt exercenda.

uti patet ex art. 83. & proem. const. Carolin.

Non refertur inter cætera Magiæ indicia unius aut plurium complicum nominatio.

prout ex art. 44. P. H. D. patet.

At Juris eſt indubitati; non eſſe noſtrum dicere ea, quæ leges vel conſtitutiones non dicunt.

vulgata l. de pratio ff. de publ. in rem. act.

Erubeſcimus enim absq; lege loqui:

Novell. 18. cap. 5.

Per conſequens hoc indicium à Judice admittendum non eſt, maximè aliis adminiculis deficientibus.

II Pro (3) infertur: In criminalibus, ubi de vita & ſanguine hominis cunctatur, ſemper in benigniorem partem inclinandum.

l. 56. ff. de reg. Iur. l. 155. §. 3. ff. eod.

Atqui negantium ſententia in hac materia benignior & mitior eſt; ſi quidem procliviores adliberandum quam ad obligandum eſſe debemus.

juxta l. 47. de obligat. & actionib.

Præſtat enim nocentem abſolvere, quam innocentem condemnare.

per l. 5. ff. de pœn.

Nam; Si

Si quoties peccant homines sua flamina mittat
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

Melius igitur est peccare in misericordia, quam in severitate. 12

c. allegant. 36, quæst. 7. ubi subdit. textus, si Deus est benignus in misericordia, ejus minister non debet esse tenax, c. non satis 76. dist. & facit text. in c. licet 25. dist. ubi dicit text. plus erga corrirendos agat benevolentia quam severitas: plus cohortatio quam comminatio, plus charitas quam potestas.

Nemo enim nostrum sine reprehẽsione aut sine peccato vivit.

ut gloss. dicit in d. c. licet.

Scientia enim quæ misericordiam vetat, fugienda est; & vera justitia est misereri delinquentibus. 13

ut habet c. vera justitia 45. dist.

Boni etiam rectores, ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes,

magis per humilitatis & mansuetudinis levamentum studeant peccantes ab erroris laqueo eruere quam per austeritatem in foveam perditionis mutantes propellere.

ut habet text. in c. plerumq; §. hic ita respondetur 2. quæst. 7.

Judicium enim sine misericordia fututum erit ei, qui misericordiam non præstiterit.

prout habetur Iacob. 2. v. 13.

Ex quibus omnibus sequetur, judicem præstare potius benignũ & misericordem esse quam rigorosum; siquidem plenitudo virtutum est misericordia. 14

ut habet. c. singulis 86. distinct.

Per consequens igitur hæc opinio insequenda: Præsertim cum (4) ex ejus modi processu facile potest contingere ut condemnaretur innocens. Quis enim crederet Sagas in nominandis sociis veraces fore; Cum instinctu Diaboli, patris mendacij, aut inno-

innocentes forte ad ſolatium flagitioſum, ex ſocio in pœnis quærẽdum, aut nocentes ſpe veniæ & impunitatis celare ſepe ſoleant.

Erneſt. Cothman. vol. 3. reſponſ. 29. n. 108. 109. & ſeqq.

Tutius itaq; nocentem abſolvere quam innocentem condemnare. 15

Præterea (5) Judici ex ſolis depoſitionibus complicum, quantumvis multiplicentur, nunquam ad condẽnationem procedendum.

Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſ. 88. & 89. Iulius Clarus lib. 5. ſentent. § fin. quæſt. 20.

Ergo ex iiſdem ſolis nunquam ad torturam, quæ viam ſternit ad condemnationem, & neceſſarium torturæ conſequens eſt, deveniendum.

Si enim (6) in aliis criminibus, ut levioribus, nominationes ſociorum non faciunt indicium ad torturam, certe nec in Exceptis ut gravioribus cri-

criminib⁹ tale indicium inferre possunt: At prius verum.

juxta tradita Maschard. in tract. de probat. vol. 3. conclus. 1311. & Menoch. de arbit. jud. quæst. cas. 474.

16 Ergo & posterius: Quia hæc crimina, non quoad procedendi modum, sed quoad pœnæ excessum tantum excepta vocantur, adeoq; nec in hisce ordinarium procedendi modum
17 trasgredi licet; Ubi enim majus periculum ibi cautius agendum.

l. 1. ff de carbon. edict. l. addictos. C. de appellat. c ubi periculum. ext. de elect. in 6. Cothm. d. cons. 29. n. 84. & cons. 47. num. 96. Hipp. de Marsil. in pract. crim. §. occurrunt. n. 2. p. m. 618.

Qui vero affirmant plurium complicum testimonium sufficere, ac ideo nominatum absq; aliis indiciis torqueri posse, hisce fermè utuntur
18 fundamentis. (1.) Incasibus inquibus socius criminis potest interrogari de consociis, dictum socij criminis facit indicium ad torturam.

prout tenet. Cyn. in l. fin. C. de accuſat. & Pau: de Leazar. in c. gravis de depoſ. & Alex. in conſ. 313. & conſ. 120. incip. viſo proceſſu in 1. col. in fin. vol. 7.

Atqui veneficium eſt de criminibus exceptis, de quibus ſocius poſſit interrogari de conſociis. 19

prout comprobat Hippol. de Marſ. ad l. 1. §. Divus Anton. in 2. col. ff. de quaſt. Proſper. Farin. de indic. & tort. quaſt. 18. num. 60.

Ergo dictum ſocij criminis valet, & facit paribus ceteris, nimirum in tortura prolatum, indicium ad torturã.

ita ſentit Raphael Fulgoſ conſ. 179. incip. in cauſa inquiſitionis in 1. col. ante fin ubi allegat ad hoc multum notabiles rationes.

Quia in criminibus exceptis non creditur ſocio contra ſocium, niſi cũ tortura, cum ſit turpis & infamis perſona. 20

Hipp de Marſil. conſil. 22. n. 22. & conſil. 78. num. 15. Georg. Everhard. conſ. 1. n. 6. vol. 1.

Cri-

Crimina autem excepta sunt hæc: Homicidium, veneficium, Adulterium, Maleficium, & vis publica.

de quibus in l. 2. C. quor. appellat. Iul. Clar. in pract. crimin. § fin. quæst. 94. num. 1.

21 Deinde (2.) in criminibus exceptis concessum est judici ut secundum JUS NATURALE procedat; crimina enim excepta à legibus JURIS POSITIVI sunt exempta: Atqui jus naturale à testimonio socium criminis non repellit. Etsi enim infamia criminosum jure positivo inhabilem reddat, non tamen jus naturale idem facit; nam qui jure naturali etiam criminosissimis nihil unquam credendum adserunt, helleboto magis quam igne purgandi sunt.

juxta adsertionem acutiss. I. Cti Delrion. in disquisit. magic. lib. 5. quæst. 1. lit. M.

22 Pro (3.) infertur: Quando nominatione socii criminis aliquod concurrit

rit adminiculum, tunc præbet indicium ad torturam.

ut refert Dominic. Cardin. Tuscus in practicabilib. conclus. vol. 8. lit V. conclus. 69. num. 13. quem refert & sequitur Matth. Berlich. pract. concl. part. 4. conclus. 4. num. 115.

Atqui major præsumptio majusq; indicium concurrit si socij criminis contra easdem personas confiteantur, tunc enim quasi novum quoddã indicium accedere videtur: Ergo nominatio socij sufficiens præbet indicium, licet plurium sociorum confessio unius tantum, & non diversæ sit qualitatis, & propterea, cum sint ejusdem generis, non constituant nisi unum idemq; indicium, nam probatio composita ex duabus speciebus imperfectis licet ejusdem sint generis, plena & sufficiens est.

ut docet Menoch. de præsumpt. lib. 1. præs. 39. num. 3. & 4.

Ex quibus concludo, si sufficit pluriũ

complicũ nominatio adtorquendũ, magis certé ad inquirendũ; cui enim licet quod est plus, licet utiq; quod est minus. *c. cui licet de reg. jur. in 6.*

Atqui, juxta argumenta pro affirmativa parte producta, plurium complicum nominatio ad torquendum sufficit, ergo & ad inquirendum.

Nec movent rationes pro parte negativa adductæ, etsi enim socius criminis, ex quo maleficus, est infamis per consequens ad exhibendum testimonium inhabilis; tamen in hoc excepto crimine, in quo potest reus de complicibus interrogari, hoc non obtinet, sed locum sibi duntaxat vẽdicat in casibus in quibus reus de jure non potest de complicibus interrogari: cum enim in his casibus testes eo defectu laborent, qui non diminuat de illorum fide, sed ex toto eos inhabiles reddat numerus non supplebit defectum illius qui omnino admittendus non est: quia quod nihil

hil est, supplementum non recipit, & ex pluribus imperfectis in sua specie, non potest unum perfectum resultare. 23

ut inquit Ant. Natt. Tom. 2. cons. 196 num. 10. quem sequitur Prosper. Farin in pract. crim. sub tit. de indic. & tort. lib. 1 tit. 5. quæst. 43, n. 41.

Sunt igitur inhabiles quoad quid, non omnino: Secundum argumentum pro parte negativa adductum minus habet dubij, cum sit merè negativum ad quod respondent Logici.

Partibus ex puris sequitur nil atq; negatis.

Terminus enim medius debet partes quæstionis majorem & minorem connectere, negatio autem cum nihil copulet, sed distrahat, nulla consequentia bona è puris negativis existere poterit, quamvis interdum ex puris negativis verum concludatur; ut, nullus asinus est lapis; nullus homo est asinus; Ergo nullus homo est

lapis.

lapis. Verum fit hoc contingenter, fortuitò vel per accidens, vel vi solius materiæ; Ideoq; hoc argumentum, cum sit merè negativum, nihili est; Neque etiam fuit mens Caroli V. art. 46. omnia indicia sufficientia allegare.

ut pat. ex art. prec. 25. §. item in verbis: So soll man erfahrung haben / nach den nachfolgenden vnd dergleichen vmbstenden.

Cum enim facta sint infinita ad similia convolandum.

per l. 12. ff. de ll.

Ad tertium respondetur, humaniorem quidem sententiam, modo negotium hoc patiatur, nec judex lege clementior exinde reddatur, sequendam esse: Verum quando exinde salus publica, quæ suprema lex est, lædi-
tur, & via executionis difficultatur, aliud statuendum judico: Nam ju-
24 dex non debet pœnas à jure statutas differre, alias punitur.

per

per l. servorum in fin. C. ad L. Iul. de vi public. & l. 1. C. de privat. carcerib.

Nec debet esse clementior lege, nec flecti contra legem. 25

l. perspiciendum 11. ff. de pœn. Nov. 82. c. 10. juncta l. 12. §. 1. ff. qui & à quib. manum.

Neq; enim severitatis nec clementiæ gloria affectanda est judici, sed propenso judicio, prout quæq; res postulat, statuendum.

ait Martian. in l. respiciendum. 11. & l. 16. ff. de pœn. Nicol. Reusner. lib. 3. consil. 16. n. 33.

Corruptæ enim videntur sententiæ si sint legibus majores.

ait Symach. lib. Epistolar.

Semper enim mitior lex, quam judex esse potest.

ait gloss. ad d. Novell. 82. c. 10. in verb. neq; videri Pax. de Put. in tractat. Syndic. in verb. compositio. vers. quia n. 4. p. m. 330.

Licet igitur quædam sententia ne-

gans

gans sit mitior, respectu nominati, tamen affirmativa respectu Reipublicæ & boni publici utilior est, per eam namq; judicia promoventur, & via juris facilitatur.

Quartum objectum de futuris contingentibus plane conceptum, arguendi vim nullam inducit, nam, ut Logici respondent, futurorum contingentium non est determinata veritas, essent enim tali modo necessaria non contingentia.

Quintum argumentum non stringit; non enim sequitur unius complicis nominatio sufficit ad capturā, ergo etiam ad torturam, siquidem ad
26 capturam leviores, ad torquendum graviores, ad condemnandum autē luce meridiana clariores probationes requiruntur.

per l. in fin. C. de probat. c. sciant. 2. quæst. 8.

Non igitur valet consequentia, ex solis depositionib⁹ complicum nunquam

quam deveniendum ad condemnationem, ergo nec ad torturam.

Ad sextum respondetur, negando consequentiam, à delictis simplicibus ad excepta crimina nexam, longe namq; alia ratio aliusq; procedendi modus in criminibus nefandis & exceptis, quam non exceptis militat: Exc epta dicuntur propterea, quod in iis socius de socio interrogari potest.

Iohan Zanger. de tortur reorum. cap. 1 num. 28.

Non enim recepta sub generali legis dispositione cõtinentur, sed semper excepta censentur, non quoad quædam tantum, sed quoad omnia, non tantum respectu pœnæ gravioris, sed etiam respectu processus & ordinis judiciarij, ut judex eo modo procedere possit, quo sibi, ut viro bono, melius visum fuerit.

vide Menoch. de arbit. judic. quæst. cas. 474. n. 28.

Concludendum igitur arbitror:

plurium ſociorum nominationem in hoc veneficij crimine excepto, ad ulterius inquirendum ſufficere poſſe.

27 Verum an legitima & ad capturã aut condemnationem ſufficientia indicia certo definiri queant, non levis eſt controverſiæ: Ex quo alij ſolam ſuſpicionem, alij levia quædam indicia, alij præcedentem diffamationem, alij qualemcunq; informationem ſufficere arbitrantur; Ego ne gratis laborare videar, hanc rem judicis diſcreti arbitrio potius cõmittendum quam in caſſum laborandum arbitror.

per l. 1. ff. de cuſtod & exhib. reorg. Andr. Fachin. lib. 9. controverſ. Iur. cap. 56.

CONCLVSIO III.

PRoceſſus autem in hoc Magiæ crimine an ORDINARIUS an vero EXTRAORDINARIUS ſive SUMMARIUS inſtituendus ſit; tot reperiuntur Dd. ſententiæ, quot capita hydræ; Ego diſcreti judicis arbitrio hoc quicquid ſit committendum eſſe arbitror.

Summaria.

1. *Arbitrio regulato conceſſo, leges & canones ſunt ſequendæ.*
2. *Æquitas eſt thyriaca contra venenum.*
3. *Viri boni arbitrio non fit quod contra æquitatem fit.*
4. *Quod legibus clare deciſum aut conſtitutionibus ſtabilitum, hoc arbitrarium non eſt.*

5. *Arbitrium ſuper cauſa datum, intelligitur ſecundum ſtatum præſentem.*

6. *Decuriones, quibus ſuper bono ſtatu civitatis datum eſt arbitrium, antiquos ordines immutare nequeunt.*

7. *Propter enormitatem delicti jura tranſgredi, & de facto juris ordine non ſervato, procedere licet;*

8. *Proceſſus inquiſitionis quomodo inſtituendus?*

9. *Magiſtratus majores propter enormitatem delicti, an poſſint jura tranſgredi?*

10. *Iura tranſgredi non eſt Dd. noſtris Iura violare.*

11. *Partibus non citatis aliquid ſtatuens, etſi æquum ſtatuat, non tamen eſt æquum.*

12. *Iuſtitia miniſtratur, quando ſervato juris ordine proceditur.*

13. *Iudicis præcipitata voluntas eſt nevercajuſtitiæ.* 14. No-

14. *Nocentem abſoluere æque abominabile apud Deum ac innocentem condemnare.*

15. *Iudex in criminalibus liberum habet procedendi arbitrium.*

16. *Non eſt arbitrium ad præjudicandum conceſſum.*

17. *Non vult Princeps uno verbo totam juris machinam ſubvertere.*

CUm enim ſciat vir bonus, qualis dicitur judex, non abſolutum ſed regulatum illius eſſe arbitrium, canones Juris, rationis & æquitatis inſequendos eſſe, haud immerito ſecum ſtatuet. 1

juxta tradita Iaſon. in l. ſi ſic legatum num. 22. ff. de legat. 1. & ideo docuit Bald. in c. 1. §. Iudices num. 5. de pac. juram firmand. quem ſecuti ſunt Capoll. in l. fugitivi. n. 33. C. de ſeru fugit. Hippol de Marſil. in pract crim. §. conſtante n. 30. & §. diligenter. num. 24.

& con-

& conſil 20. num. 54. Reuſner. lib. 2. conſil. 14.

3 Judex enim arbitrari debet ſecundum mentem legis, Juris ac rationis, ac demum ſecundum æquitatẽ, quæ eſt thyriaca contra venenum.

teſte Bald conſil. 211. lib. 4. Gozad. in conſil. 54. num. 10.

Nam viri boni arbitrio fieri non di-
4 citur, quod ſine ratione ſit.

ut egregie reſpondit Socin. Iun. conſil. 91. num. 13 lib 3. nec diſſentit Rubeus conſil. 156. num. 12. cui adſtipulatur Horat. ſent. lib. 1. ad Quinctium.

— — vir bonus eſt quis?
Qui conſulta patrum, qui leges juraq; ſervat.
Quo multæ magnæq; ſecantur judice lites.

5 Verum cum non videatur arbitrarium, quod legib⁹ clarè eſt deciſum, aut conſtitutione ſtabilitum; ſed magis neceſſarium.

prout notat Felin. in c. inter cæteras.

col

col. 4. num. 12. de reſcript. & in c. ex literis. num 14. verſ ſexto gloſſ. de conſtit. Bald. in l quicunq; col 5. C. de ſerv. fugitiv. Iohan. Ana. in c. Iudæi. de Iudæis Iohan. Coraſ. lib. 4. miſcell. jur. cap. 12. num. 6.

Arbitrarium autem ſignificantiſſime illud dicatur, quod lege difinitum non eſt. §

teſte Coraſ. dict. loc. Iac. Men. de Arbit. Iud. quaſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 201. n. 28.

Incivile videretur, ſi judicis arbitriũ ad legis & rationis mentem reſtringeretur. Quod enim lege definitum eſt, nihil eſt, quod in judicis arbitrio poſitum dicamus; per conſequens igitur, judex opus non habet ſe legibus & conſtitutionibus in proceſſib⁹ inſtituendis & terminandis accommodare: Cum autem judici arbitriũ ſuper adminiſtratione datum, ſecundum ſtatum illum præſentem datum intelligitur.

argumento l. ſi ita aff. de aur. & argent. legat.

Statum autem præſentem legibus & conſtitutionibus munitum, ſi arbitrio immutaret, juris ordinem non ſervaret, ſed novum jus conſtitueret, quod permiſſum non eſt. Qua ratione motus Barth. in l. ambitioſa. num. 9. ff. de decur. ab ordin. fac. docuit,

6 Decurlones, quibus ſuper bono ſtatu civitatis datum [illegible]arbitrium, non poſſe antiquos ordines mutare.

quem ſecutus eſt Par. de Put in tract. ſyndicat. in verbo arbitrium. verſic. officialis. num. 1. pag. mihi. 176.

Idcirco rectè monet Cic. pro Anc. Cluent. Sapientis ait judicis eſſe, meminiſſe ſe hominem: cogitare ſibi tantum à populo eſſe permiſſum quantum commiſſum & creditum ſit, & non ſolum ſibi poteſtatem datam, verum etiam fidem datam meminiſſe, poſſe quem oderit abſoluere, quem non oderit condemnare, & ſemper non quid ipſe velit, ſed quid lex & religio cogitat, cogitate animad-

advertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quæ res in quæstione versetur? Cum hæc sunt videnda, tum illud est nominis magni & sapientis, cum illa judicandi causa tabellam sumpserit, se non putare esse solum, neq; sibi, quodcumq; cupierit, licere, sed habere in consilio legem, religionem, æquitatem, libidinem aut odium, invidiam, metum, cupiditatèq, omnes amovere, maximèq; existimare, conscientiam mentis suæ, quam à Deo accepimus, quæ à nobis divelli non potest, quæ si optimorum consiliorum atq; factorũ testis in omni vita nobis erit, sine ullo metu, summa etiam honestate viveremus. Cum igitur judicis munus sit, in non diffinitis, præter propriam conscientiam suum temperare arbitrium, consideratis similibus dispositionibus, perpensis multis conjecturis, quæ æquitate potius quam juris subtilitate nituntur, sequetur in

non diffinitis esse liberum ejus arbitrium, nulliq; adstrictum maximè quoad materiam subjectam; Cum enim æquè per summarium atq; ordinarium processum, ex quo tam ille quam hic legitimis nitatur probationibus, pars ac jus offenditur, licebit utiq; judici unam ex his viam eligere. Quamvis me non lateat, quosdam Dd. reperiri, qui in hoc veneficij crimine, spreto ordine judiciario rectissimè ac justissimè procedē-
7 dum esse autument; Ex quo statuūt, propter enormitatem delicti licitum esse jura transgredi.

prout censet doctissimus Hipp. de Marsi. in pract. sua criminal. §. diligenter. n. 50. ubi allegat. Innocent. Bald. & alios & subdit. num. 165.

Propter enormitatem delicti posse procedi cōtra reum de facto, ordine juris non servato.

quod & affirmat. Par. de Put. in d. tract. de synd. in verbo inquisit. v. dicit

n. 12.

n.12.p.m.473. & in verbo condemnatio v. An poteſtas qui miſit n.12p.m.285

In exceptis enim criminibus probabilia ſaltem argumenta ſufficere.

annuit text in c.1. de homic. in 6. & ibi Can. Bart. in l. non ſolum. § ſi mandatu. n.14. ff de injur. c. afferte & ibi Felin. n. 9. ext de præſumpt. argumento l. non omnis. § à barbaris ff. de re mil. t l. famoſi ad L Iul. Majeſt. c. ſeculares. de for. compet. in 6.

Quod in terminis noſtris eo magis dicendum videretur, cum ſit ex numero delictorum, quæ clam committuntur.

l. conſenſu. C. de repud. c veniens. ext. de teſtib. c. tertio loco. ext. de prob. Paul. Caſtrenſ. conſ 349. n 3. part. 1 Franc. Aret. conſil. 61. n. 3. Phil. Dec. conſ. 42. n. 3. Aimon. Crav. conſ 56. num. 12.

Contrarium autem adſerentibus ſubſequentia placent fundamenta: Quod in criminibus inquirendis, in- 8
venēdis puniendiſq; procedi opor-

teat ſecundum leges divinas & humanas.

Secundum jus vetus, conſtitutionum & juris publici formam.

l. abſentem. l. ſi quis homicidij. C. de accuſat. P. H. D. Caroli V. art. 83.

Secundum receptum judiciorum morem, ac ordinem legibus inſtitutum, ſine odio vel odij fomite.

c. judicare. 11. *q.* 3. *c. qualiter* 24. *ext. de accuſat. c.* 1. *ext de ſentent. in* 6.

Sine ſordibus & gratia, imo ſine emendicatis ſuffragiis.

l. filius familias §. 1 *ff. de judic. l. in haredem in princ. ff. de calumniat. l. ſinguli. C. de accuſat.*

Deniq; ſine imperitia, injuria & præcipitantia.

l. qui cum major. §. *ſi tamen ff. de bon. libertor. l.* 1. *in princip. ff. de appellat. l. eo tempore ff. de pecul. l.* 1. *C. de execut. rei judicat. Eſaiæ c.* 28 *v.* 8.

Non ex voluntate, mente & cervice noſtra.

§ *ſed*

§. sed & si quid. sub rubric. de confirmat. fforum. c. parans & ibi gloss. in v. secundum legem. 23. q. 1. Cacheram. decis. 79. n. 57.

Neq; ex affectione corde & severitate nostra, sed ex præcepto Divino, legitima sive legum auctoritate.

c. summopere. 1. quæst. 3. de §. sed & si quid.

Animo ac mente per rationem & intellectum gubernata, imo processu legitimo ritè observato.

Matth. 18. v. 15. & seqq. Bald. cons. 421 n. 10. vol. 5.

Quod enim justum est, vel justum esse putamus, id juste quoq; nobis persequendum erit.

prout habet text. Deuteron. cap. 16. vers. 20.

Ne, dum & alienum peccatum coherendum nimis properè deproperamus, ipsi graviora peccata admittamus & postea illud poëtæ verum esse experiamur, ajentis;

Iudicij vindex tandem Deus extat iniqui.

Ignorantia enim judicis, innocentium sæpè est interitus & calamitas.

Godelmann de mag. & venefic. lib. 3. cap. 1 num. 2.

9 Nec obstat quod dictum, propter enormia delicta jura transgredi licere: Respondet enim Hipp. in d. §. diligenter n. 176. illud locum sibi vendicare solum in majoribus magistratibus, sed secus esse in minoribus, ut sunt potestates & judices terrarū, qui juraverunt servare statuta: nam tales non posse leges, statuta, nec cōsuetudines transgredi.

prout dixisse refert Bald. in Auth. hodie. C. de judic.

Prætereaq; hæc regula procederet duntaxat in puniendo, videlicet quādo constat reum culpabilem; secus autem in procedendo, quia in processu nondum scitur verè, an inquisitus sit delinquens atq; ita versemur in

in enormi delicto. Non enim sequitur, talis est inquisitus de enormi crimine, ergo istius criminis reus est; cum nõ dicendus sit talis, antequam pronunciatus sit talis.

Georg. Everhard. consil. 2. n. 48, & 49. vol. 1.

Aliter respondet Cothmannus ajens illud dogma, quod innocent. adscribitur, simpliciter & sine mica salis acceptum neque veridicum neq; juridicum esse, ideoq; â plerisq; sanioribus interpretibus piè, sanctè, & rectè improbatum.

testẽ Ludov. Roman. in l si vero §. de viro. num. 79 ff solut. matrim. Iason. in §. ex maleficio. n. 14. & 16. Instit. de action.

Deinde jura transgredi non est Dd. 10
nostris jura violare, sed longas & prolixas disputationes, cavillationes inanes, & frustratorias ambages abscindere & ampurare.

c. 1. & fin. C. de nov. cod. faciend. c. 5. distinct. 5.

Deniq; veritatem non opprimere, sed ad justitiam citiore & expeditiore via & processu devenire, quod in duobus principaliter consistit; Prius est ut accusator sine calumnia accuset; Posterius ut reus sine tergiversatione se defendat; Sed interim uterq; audiendus, & exemplo Alexandri Magni utriq; parti aures concedendę sunt, juxta illud.

Cur geminas homini concessit Iuppiter aures?
Posset ut hæc læsis, illa patere reis.

11 Qui enim statuit aliquid parte altera in audita, æquũ licet statuat, haud tamen æquum esse, Seneca tn Medea
12 piê dixit. Justitia enim fieri dicitur quando juris ordine servato procedtur, & litigatores, suæ causæ merita explicantes, tam in civilibus quam criminalibus patienter audiuntur.

l. 9. cum Auth. seq. C. de judic.

Na-

Natura enim & sensus communis suadent, ut ubi majus videatur periculum, ibi cautius agatur, omnisq; præcipitantia vitetur.

l. 1. ff de carb. edict. l. addictos C. de appell. c. ubi periculum ext. de elect. in 6.

Judicis enim præcipitata voluntas 13
noverca Justitiæ dicitur.

Hipp. in pract. crim. §. occurrunt. num. 2.

Proinde superius adducta, verius & rectius inverti possent: Si enim crimē veneficij, utpote plurima delicta admixta habens, atrocissimum, flagitiosissimum, turpissimum & sceleratissimum est, in eo inveniendo & probando diligentissima exactissimaq; industria, cura & sollicitudo requiritur, cum cautius & prudentius procedi oporteat ibi, ubi majus vertitur periculum. At veneficij crimen omnium criminum atrocissimum, illiusq; inquisitionem omnium periculo

culosissimam esse, omnes saniores affirmant. In hoc enim non de glande legenda, sed de vita & existimatione hominis ad immaginem Dei formati, agitur; ubi si erratur, jactura est exigua, hic major esse nequit. Animam enim hominis nati facile possumus perdere, recipere autem eam dum perdidimus non valemus.

Ioh. cap. 2. vers. 4. Proverb. cap. 22. vers. 2. Eccles. cap. 41. vers. 15. & 16. Novell. 13. c. 2.

Ergo judici, qui pro tribunali sedet, summè cogitandum, ne arbitrium suum latius, quam oportet, vagari sinat, quantum enim sententiâ suâ iniquâ nocere poterit, satis in aprico est; Innocentem enim sanguinem effun-
14 dere, aut impium justificare: utrumq; apud Deum abominabile est.

Proverb. 17. vers. 15. Albert. Gand. tract. malef. tit. de receptatorib. num. 11.

Beneficium restitutionis in integrũ

hic

hic locum non haberet, neq; factum postea infectum reddi posset.

l. in bello. 12. §. 2. ff de capt. & postlim revers.

Imò imperitia culpæ adnumeraretur.

l. imperitia 132. ff de reg. Iur. l. 28. §. 29. ff. ad L. Aquil. l. 9. §. 5. l. 13. §. 5. ff. locat.

Etsi enim judex in criminibus excep- 15
tis liberum procedendi habeat arbitrium.

prout testatur Hipp. in pract. crim. §. constante n. 24. per text. in c. 1. de offic. judic. ord.

Sciat tamen liberam illam potestatem sibi non videri datam ad aliquid contra jura faciendum, cum videatur magis restricta ad limites juris.

prout innuunt verba d. c. 1.

Non enim ad præjudicandum, sed 16
ad ea, quæ legibus sunt placita, concessum est arbitrium.

ad quod faciunt dicta per Bald. in l. si quando in princ. C. de in offic. testam.

ubi text. dicit. quod concessio testandi liberè facta à Principe, intelligatur legitime & juris solennitate servata, ex quo subdit ibi Bald si usurarius impetraret à Papa ut posset testari, quod regulariter non potest, nisi præstita satisdatione per c. quaquam de usur. in 6

Unde si non justo & legitimo modo à Judice ad torturam proceditur, tantum abest ut excusari factum ipsius debeat, ut etiam pœnam, eo nomine gravissimam mereatur.

ut ex communi inter pp. opin. affirm. Iul. Clar. in pract. crim. § ultim. quæst. 64. Nicol. Reusner. lib. 3. consil. 16. num. 30.

Item licet Princeps concedat alicui, quod posset liberè testari; ex hoc non valeat filium præterire, vel sine legitima causa exhæredare; Intelligũ-
17 tur enim hæ concessiones servata legum & Canonum solennitate; Quia non vult Princeps unico Verbo totam juris machinam subvertere.

l. ff

l. si quaudo C. de inoffic. testam gloss. in Auth. omnes peregrini in verb. liberam. C. commun. de succes. ubi text. dicit, quod peregrini habeant liberam testandi facultatem, & gloss. addit, modo testentur secundum jus commune, & facit glos. in l. 1. C. de SS. Eccles. ubi text. dicit, habeat unusquisq; licentiam testandi, & liber sit stylus; cui addit glos. servata juris solennitate: adde Bald. in l. 1. C. si propt. public. pensit. Vendit. fuer. celebrat. ubi dicit, quod data libera potestate Iudici procedendi in aliqua causa, vel contra aliquem, intelligatur, Iuris ordine servato.

CON-

CONCLVSIO IV.

PRoceſſus autem altero ex duobus modis inchoari, aut enim Judex ex debito ſui officii in veneficas inquirere, & facta inquiſitione eaſdem legum ſeveritati ſubjicere, aut per querelam partis maleficium hoc ad vindictam publicam ſolenniter apud judicem detegi ſolet.

Summaria.

1. *Inquiſitio eſt de generibus prohibitorum.*
2. *Actio civilis ex delicto ubi non oritur parti, ibi nec inquiſitio oritur Reipublicæ.*
3. *Regula punitur affectus etſi non ſequatur effectus; quando locum habeat?*
4. *An Iudex originis contra delinquentem in alieno territorio inquirat?*
5. *Communis opinio tenet quod non.*

6. Ne-

6. *Nemo sæpius ex uno delicto accusari potest.*
7. *Iudices indebitè inquisitionem formantes, non solum tenentur adsumptus litis, sed etiam in syndicatu.*
8. *Pro judice præsumitur, quando in procedendo debitum servat ordinem, alias non.*
9. *Magistratus non est excusatus, qui accusatorem præstolatur delicti.*
10. *Multa judicis arbitrio committũtur, quæ nõ subjiciuntur juris necessitati.*
11. *Et quando secus?*
12. *Iudex in criminibus quæ facti sunt transeuntis rectè ad inquirendum proceditur.*
13. *Adversus confessum non datur inquisitio sed magis condemnatio.*
14. *Fama quid?*
15. *Requisita famæ quæ?*
16. *Ob solam famã neminem torquendũ.*

17. *Ma-*

17. *Mala physiognomia & nativitas famam adjuvat.*

18. *Iudicium criminale sine accusatore non procedit.*

19. *Accusatio quid?*

20. *Cognitio criminis propriè ad eum spectat, in cujus territorio crimen commissum est.*

21. *Accusator tenetur crimen cum indiciis & argumentis suspicionis, antequam reus custodiatur, exponere.*

22. *Actor tenetur satisdare, etiamsi Reus crimen fateatur, ut num. 24.*

23. *Inscriptio ad pœnam talionis ab aula recessit.*

24. *Licet reus crimen fateatur, tamen actor. tenetur satisdare.*

25. *Carcer est mala mansio.*

26. *Pro accusato tamdiu præsumitur, donec probetur contrarium.*

27. *Cautionem criminalem, vulgi*

Pein

Peinlichen Vorſtand/ *an accuſator præſtare teneatur ?*

28. *Caſus indeterminatus à lege pro omiſſo habendus erit.*

29. *Qui iure publico utitur, nemini facit injuriam.*

30. *Surrogatum ſapit naturam ſui ſurrogantis.*

31. *Proniora ſunt jura ad abſolvendum quam ad condemnandum.*

32. *Conſuetudo legi ſcripta derogat & novum jus inducit.*

33. *Cautio criminalis prædijs & prædibus idoneis, non tantum facultatibus, ſed & conveniendi facilitate præſtanda.*

34. *Qui cum alterius exiſtimatione temerè vagatur injuriarum tenetur.*

35. *Curare debet Iudex, ne cautiones in duriorem cauſam, quam actus poſtulat neceſſitas, exigantur.*

36. *Perſonæ illuſtres de jure communi à ſatiſdando ſunt immunes.*

37. *De Iure conſuetudinario perſonæ illuſtris à ſatiſdando non relevatur.*

38. *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*

39. *Vbi facto opus eſt, voluntatis quæſtio non ſufficit.*

40. *Iura neminem ad majorem cautionem, quam præſtare valet, adſtringũt.*

41. *Cautio juratoria in materia criminali non ſufficit.*

42. *Hærede non ſatisdante aut juratoriam non offerente, legatarius in poſſeſſionem mittendus.*

43. *Accuſator ad cavendum inhabilis, carceri mancipandus eſt.*

44. *Fidejuſſores & pignora alterius juriſdictioni ſuppoſita, pro cautione non ſufficiunt.*

45. *Ad*

45. *Adversus fidejussorem executio, absq; novo processu, decernenda.*

46. *Iudex semper ex justa causa moveri præsumitur.*

47. *Nulla major nullitas committitur, quã quæ ex causæ cognitione emanat.*

48. *Nullum hoc propriè dicitur, quod contra partem inauditam attentatur.*

49. *In manifesto ac notorio delicto ordo juris non observatur.*

50. *Cautionem salvi conductus, vulgo* sicher Geleit zu Recht für vnrechter Gawalt/ *judex præstare tenetur.*

51. *Cautiones si plures sint præstitæ, non est in arbitrio rei, ex qua conveniri, sed actoris, ex qua agere velit.*

52. *Reo se post receptam cautionem contumaciter absentante, pœna in stipulatum deducta à fidejussoribus rectè exigitur.*

53. *Pœna corporalis etiam minima, ma-*

jor est quacunq; pecuniaria etiam magna.

54. In criminalibus apta libelli conclusione opus non est.

55. In criminalibus probationes requiruntur evidentiores, adeò, ut præsumptiones non sufficiant ad condemnandum, sed tantum ad absolvendum.

56. Quod secus est in delictis quæ facti sunt transeuntis.

57. Vbi agitur de præjudicio irreparabili, ibi exceptiones quandoq; admittuntur, etiam post ipsam sententiam.

58. Causa defensionis & absolutionis condemnatione favorabilior est & privilegiata ut num. 59.

59. Celeriter in criminali quam in civili judicio testes examinandi sunt.

60. Conclusio libelli in criminalib. de necessitate non requiritur.

62. on

62. *In criminalibus non concluditur aliquid dari vel fieri parti.*

63. *Libellus generalis & obscurus in criminalib. non procedit.*

JUdex enim vel ex officio, hoc est motu proprio, crimina vindicat deque iis inquirit, alias, ut conscius, crimina tegere videtur.

juxta l. 2. C. de commerc. & mercat.

Vel per querelam partis ordine juris servato delictum ad se defertur.

ut patet ex constit. Carol. V. art 6. & 11. & testatur Iul. Clar. in pract. Crim. lib. 5. quæst. 3 num. 1.

Per inquisitionem autem procedit Judex, quando à seipso & suo officio admittit informationem cõtra quosvis ferè delinquentes.

Iohan. Althus. l. 2. Iurisprud. Roman. cap 2. p. m. 511. vers. ex officio.

Et fit vel generaliter, vel specialiter, Generaliter quando de delicto

non autem de delinquente, ſpecialiter vero quando de utroq; tam delicto quam delinquente, conſtat. Etſi enim Inquiſitio ſit de generibus prohibitorum, cum ſit contra regulas Juris, quæ habent: Neminem ſine accuſatore damnandum: **Dann wo kein kläger iſt da iſt auch kein Richter.** *juxta l. 4. § hoc autem ff. de damn. infect. & l. reſcripto 6. §. 2. ff. d. mun. & honor. Heig. lib. 1. quæſt. Illuſtr. q. 39 in princ. gloß. & Dd. in l. ex lege. 2. §. ſi publico. 5 ff. ad L. Iul. de adult. Bart. in l. congruit. 13. ff de offic. præſ. Ioh. cap 8.*

Attamen hi textus quoad ſpecialem, non verò quoad generalem inquiſitionem intelligendi ſunt: Si enim quis verè ad mentem interpretum reſpiciat, illi non negant, Judicis officio incumbere, ut ad publicam utilitatem & vindictam contra delinquentes inquirat: Cum remedium Inquiſitionis hodiè in utroq; foro ſit ordinarium. *refe-*

referente Pet. Heig. d. quæst. 39. num. 9. Barth. in d. l. congruit. referente Marant. in spec. suo aur p. 6. n. 6.

Operatur autem generalis inquisitio, ut possit deveniri ad specialem, & sic illa est præparatoria hujus.

teste Marant. loc. relato.

Videndum igitur, ad effugiendam nullitatem, quomodo Inquisitio validè formetur? Qua in re præmittendum, ut, quoad delicta contra privatum commissa, parti ex delicto commisso sit orta actio, alias inquisitio de delicto contra reum viribus non subsistit; Nam ubi ex delicto non oritur actio civilis parti, ibi etiã non oritur actio vel inquisitio criminalis Reipublicæ.

uti notabiliter dicit Salicet in l. eos. C. de furt. & voluit Bart. Consil 100. in 1. col. Hippol. de Marsil. in pract crim. §. constante. num. 34. p. m. 40.

Deinde requiritur etiam ad inquisitionis validitatem, ut constet Judici

de corpore delicti, saltem in genere, alias inquiri non potest.

per l. 1. §. item illud. ff. ad SC. Syllanian. Prosp. Far. de inquisit. lib. 1 tit. 1. q. 1. num. 6.

Tertio; ut Judex interroget partem offensam, an ipsa velit accusare reum qui offendit, nec ne: & tunc si offensus erit in mora, vel dixerit, se accusare nolle, judicem per inquisitionem procedere posse.

ait gloss notabil. in c. presbiter 2. quæst. 5. in gloss pen quam gloss. pro valde notabili refert & sequitur Bald. in l. senatus. C. qui accusar. non poss.

Quia præferendus est, etiam in inquisitione, qui majus jus habet & melius fundamentum. Et ideo antee quam Judex formet inquisitionem contra reum, faciat dictam interrogationem offenso alias non valet inquisitio.

ad quæ vide Nell. in tractat. bannitorum. in 3. p. 1. temp. in 60. quæst.

Et

Et demum ſciendum, quando tractatur de inquiſitione fienda contra aliquem de auxilio cooperativo præſtito delinquenti ad committendum delictum, quod tali caſu non valeat inquiſitio de auxilio, niſi conſtet Judici de principali delicto, & principali delinquente.

per ea quæ latè tractat. Hippol. d. §. conſtante num. 40. ubi vide.

Nam licet puniatur affectus, etſi non ſequatur effectus. 3

l. is qui cum telo. C. ad L. Cornel. de ſicar l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſcop & cleric. c. ſi quis non dicam. c. ſi quis poſtulatus de pœnit. diſt. 1.

Fallit tamen in auxiliatore. Nam auxiliator ad delictum non punitur, delicto non ſecuto.

ut voluit Bald. in l. 1. in 2. column. verſ. quarto oppono. C. de ſerv. fugitiv. pro quo facit l. ſæpe ff. de verb. ſignificat.

Verum an Judex originis valeat formare inquiſitionem de delicto in a- 4

lieno territorio admisso; non est una omnium sententia.

pro parte negativa vide Iohann. Andr. in addit ad Speculat. sub tit. de compet. Iudic. addit. § 1. in addit. incip. antequam exeamus. Bald. in l. 1. C. de edil. act & Salicet. in l servos C. ad L. Iul. de vi.

Pro parte vero affirmativa.

Vide Angel. de Aret. in tract. malefic. in verbo hæc est quædam inquisitio in pen. chart. in vers. quærit hic Ludovic. Pelognet. in consil. suo 57. in 1. & 2. col.

5 Verum magis opinio communis tenet, quod non possit inquirere! Si enim Judex loci inquireret, prout teneturex uno delicto quis sæpius ac-

6 cusari posset; At falsum consequens. *per l. licet § fin ff naut. caup. stabul. l. in delictis. ff. de noxalib. action. c. super his de accusat.*

Ergo & antecedens.

de hac quæstione ulteriùs videas Bald. in suo repertorio in verb. judex in 5. columna.

column. in princip & consil. 219. vol. 4 Iohan. Andr. in c. ut animarum de const. in 6.

Monendi ergo sunt judices, ne in tali casu se præcipitent, sciantque: Inquisitionem contra aliquem indebitè & motu proprio formantes teneri non solum ad sumptus litis 7

secundum Cyn. in l. sancimus C. de judic. & Bald. in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens. Hippol. de Marsil. in l. patre vel marito in 4. col. circa med ff. de quæst.

Verùm etiam litem suã facere, proindeq; in syndicatu teneri.

secnndum Parid. de Put. in tractat. Syndicatus in verbo inquisitio vers. dicit num. 9. p. m. 482.

Nec obstat, quod semper pro Judice præsumatur. 8

juxta l. 2. ff de offic. civil. Iudic.

Quia est verũ, quando in procedendo debitum servat ordinem, alias contra eum præsumitur.

Par de Put. d. tract. in verbo inquiſitio verſ. Iudicinum. 9. p. m. 469. Petr. Heig. d. quæſt. num. 6.

Certum igitur eſt Magiſtratum publicum ex officio ad delicti inquiſitionem, vigore conſtitutionis Carolinæ non minus ac Novell. procedere poſſe, imò, ſi cum diſcrimine alterius exiſtimationis non temerè vagetur, debere, adeò ut non excuſetur, ſi dicat ſe ignoraſſe, cum inquirere tenebatur.

Exodic. 2. v. 11. & 13. ad Rom. 13. v. 1. 2. Prov. 20. c. 8. & 26. & c. 24. v. 11. & 12.

Non enim proba eſt paſtoris excuſatio, ſi lupus oves comedit & paſtor neſcit.

c. quamvis extr. de reg. Iur.

Neque coram Deo excuſatus eſt Ma-
9 giſtratus, qui accuſatorem præſtolarur delicti, cum ipſemet Reipublicæ ſalutis videx conſtitutus ſit: Et nemo aliquem privatum invitum ad accuſandum compellere poſſit.

tot.

tot. tit. ut nem. invit. agere vel accus. cogat. Vasquius illustr. controvers. cap. 16. n. 1. & seq.

Proinde q; rectè in constitut Crimin. Car. 5. art 214. sancitum est, cessante læso vel offenso deferre vel accusare, Judicem ex officio reum in vincula conjicere, & pro delicti qualitate punire debere.

Matth. Steph. in not. ad prædut. art. 214.

Et licet verum arbitrer in quibusdã causis jndicem non teneri impertire officium suum nisi rogetur, multaq; ejus arbitrio & potestati committi, quæ non subjiciuntur juris necessitati, & propter neglecta vel omissa non teneri in syndicatu. 10

d. l. 4. § hoc autem ff de damn. infect. l. non quicquid 40. ff. de Iudic.

Ista tamen locum non habere in his, quæ in arbitrio Judicis ita sunt posita, ut faciat vel non faciat ex causa: & non planè ad libertimam Judicis potestatem spectant. 11

ait

ait Felin. in c. 1. num. 25. de constitut. Cæsar contrad. ad L diffamari. C de ingen. & manumiss num. 103. & seq.

Cum enim aliquid judici ex officio expediendum committitur, id necessitatis esse intelligitur.

Iuxta tradita Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. nunc videndum n. 9.

Proinde Judex etiam in criminibus
12 quæ facti sunt transeuntis, hoc est, quæ vestigia post se non reliquunt, ut sunt Sodomia, Hæresis, Veneficium &c. rectè ad inquirendum procedit, modo via per diffamationem, querelam partis, denunciationem vel hujusmodi, tuto fuerit monstrata. Istis enim casibus de corpore delicti constare dicitur.

teste Andr. Fachin. lib. 1. controvers. jur. c. 28. & c. 34. Petr. Heig. d. quæst. num. 31.

Alias nullis præcedentibus indiciis, processus esset ipso jure null⁹, etiamsi delictum exinde planè probatum foret,

foret. Ex præſumptionibus enim nemo damnandus.

Andr. Fachin. d lib. 1. c. 29. vide Jul. Clar. receptar. ſentent. lib. 5. §. fin. quæſt. 5. num. 4.

Quod tamen non procedit, quando delictum ex confeſſione rei probatum eſſet, quia ubi de delicto per ſpontaneam Rei confeſſionem conſtat, tunc condemnatio etiam ex inordinato proceſſu modo conſtet de corpore delicti ſequi debet. 13

ſecund. Proſper. Farin. d. quæſt. 1. n. 35. Fachin. d. l. 1. c. 28.

An autem ſola fama ad inquirendũ ſufficiat, videbimus; ſcimus enim famam (quamvis nonnunquam vera eſſe poſſit) malum eſſe, quo nullum velocius ullum, mobilitate viget, viresq; acquirit eundo; proinde rectè deſcribitur. Fama eſt ſermo ſine ullo certo authore diſperſus, cui malignitas initium dedit, credulitas vero incrementum. 14

Qnin-

Quintilian. lib. 5. orat. instit. cap. 3.

Interpretes autem nostri, famā rem dicunt esse fragilem & pernitiosam, falsam, mendacem, fallacem, ad libidinem per adversarium effusam, per malignantium aures artificiosè transmissam, ad nocendum à malevolis sparsam, ut plurimum vanam, nec audiendam.

l. decurionem C. de pœn.

15 Ideoque non nisi requisitis necessariis probari; quorum primum est, ut tempus describatur, & ante inchoatam causam, cæptamq; inquisitionē extitisse, in articulis proponatur.

Hippol. de Marsil. in pract. crim. in §. ut plurimum num. 39.

Deinde, quod sit ejusmodi, quæ scandalum generet, ad quod amplius conniveri nequeat. Tertio quod testis dicat se audivisse à pluribus & majori parte populi. Quartò, ut testis nominatim aliquot personas, à quibus famam acceperit, indicet; ut scilicet

licet sciri possit an â fide digno ortúm habeat; Quintò, ut personæ istæ, a-quibus rumor ortus, sint fide dignæ, & personæ graves, omnique exceptione majores. Sexto, ut testis causam famæ ortæ indicet & exprimat. Septimò, ut testes sint optimæ famæ & opinionis. Octavò ut fama ortum habeat, non ab iis, quorum interest. Nonò, ut probetur in eodem genere delicti. Et denique, ut fit solida, inconcussa, crescens, non vaga, non levis, non contraria; & licet hæc omnia intervenerint, & probata sint, tamen 16
ob solam famam non posse aliquem torqueri, nisi alia concurrant indicia.

affirmat gloß. in l. 3. §. ejusdem. in verb. confirmat. & Cyn. in l fin. C. de quæst. & probat constit. Car. 5 art. 44

Famam autem hanc adminiculari 17
malam physiognomiam, si scilicet diffamata venefica nata ex parentibus veneficis & Magis: Si enim mater saga est & venefica, præsumitur etiam filia, juxta illud.

Non

Non procul a patria dilabitur arbore pomum.

Hinc natum eſt proverbium, das Bier ſchmecket gerne nach dem Faſſe/ quo ſpectat illud Catulli.

Nam Magus ex matre & gnato gignatur oportet.

Si vera Perſarum eſt impia religio.

Nullum enim eſt ſacrificium, qnod ab iſtis hominibus tantopere Diabolus expetet, quam ut proprios liberos, ſimul ac hauſerunt lucem, ipſi voveant, quemadmodum experientia, rerum omnium magiſtra, nos indies docet, Ideoq; ſit cautus Advocatus Fiſcalis, qui hodie, (uti refert ex Claro. Proſp. Farin. d. q. 1. n. 9.) in quocunque crimine regulariter efficitur accuſator, in concipiendis articulis inquiſitionalibus ut addat. wie im gleichen wahr/ daß die Angeklagtin von einer ſolchen Mutter gebohren/ welche mit Zäuberey vmbgangen/ vnd vor eine Zäuberſche von män-

männiglichen / absonderlich aber jhren Nachbaren gehalten sey: reliqua indicia ad inquirendum sufficientia, vel ex ipsa constitutione Carolina vel ex indiciis veneficio propinquis, æquus & sincerus Judex arbitrabitur: de formatione autem libelli juxta art. 89. const. Carol. dicam infra.

Ad accusationem quod attinet; cum de ea ante omnia in constitutione publici Judicii quæri necesse sit, 18
cum sine accusatore judicium criminale non procedat.

juxta l. quamvis 19. C. ad L Iul. de adulter. l. ultim. ff. de privat. delict. l. rescripto 6. §. si quis ff. de muner. & honor. l. pen. C. de his qui accus. non poss. l. si cui ff. de accusat.

Dicitur enim in criminalibus is accusator, qui in civilibus actor.

Iohan. Althus. lib. 2. Iurispr. Roman. cap. 2. in princ.

Eatenus describendam esse autumo, 19
ut sit maleficii alicujus ad Judicem

ordinarium, publicæ vindictæ gratia, ritè facta delatio.

Franciſc. Duaren. lib. 1. diſputat. cap. 38 Iohan. Althuſ. d. loc. Matth. Weſenbec in paratitl ff. d. accuſat. n. 4.

Inſtituenda autem venit coram, idoneo & competente Judice, & contra eos, quos accuſare licet: de ſingulis igitur videamus; quando quidem ſine juſta harum perſonarum legitimatione, accuſatio ritè formari nequit.

Cognitio criminis ad quē pertinet?

20 Quod igitur ad eos pertinet qui de crimine cognoſcunt, ſciendum eſt, cognitionem criminis ad eum propriè pertinere, in cujus territorio crimen contractum eſt.

l ſi cui §. pen l fin ff de accuſat. l. non dubium ubi gloſſ ff de cuſtod. & exhibit. reorum.

Conſentaneum enim videtur rationi ibi extare exemplum pœnæ, ubi exemplum culpæ extitit, unde remitti eò rei ſolebant.

l. ſe-

l ſolent. 7 ff de cuſtod. & exhib reorũ.

Verum cum veneficium inter excepta crimina & delicta nefanda reputetur.

Iohan. Zangerus de quæſt. & tortur. reorum cap. 1. n, 28. & 29. per l. & ſi 7. & l. fin. C. de maleſic. & mathemat

Et ideo in illo jus accuſandi habeãt, qui alias ad accuſandum non admittantur.

per l. 3. & 4. C. demaleſ. & mathem. l. 7. & 8. ff ad L. Iul. Majeſtat. de quibus videre poteris VVeſenbec. in paratitl. ff. de accuſat. num. 9.

Non eſt quod in illis ſpecificandis ulterius immorer, reſtat cognoviſſe qui accuſari queant?

Qui poſſunt accuſari?

Accuſari poſſunt omnes tam mares quam fœminæ, tam puberes quam impuberes, tam liberi quam ſervi.

l pupillum 111 ff de reg. jur. l 22. §. omnibus ff. de accuſat.

Excipiuntur autem abſentes, contra

quos

quos tantum libellus offerri potest, item morui, legati, & Magistratus.

l. absentem C. de accus. l. antepen. ff. de accusat cum l. 12. ff. eod.

Nam cujus famæ, ejus magis vitæ parcendum est.

l. si adulterium 38. § pen. ff. ad L. Iul. de Adult.

Nec, qui accusatus est aliqua lege, de eodem crimine aliis legibus reus fieri potest.

l. senatus 14. ff de accusat. l. qui de crimine C. eod.

Quamvis diversorum criminum nomine possit.

l libellorum §. sed si. aliud ff. de accusat Azo in rubric. C. eod. num. 4.

Verum plures de uno admisso rectè accusantur, de diversis autem ab uno non rectè, nisi suam prosequantur injuriam.

l. 1. C si reus vel accusat. mort. fuerit l 38. § pen ff. de adult. l. 12. §. lege ff. de accusat.

Sci

Scire autem præſtat, teneri accuſatorem crimen cum Indiciis & argumentis ſuſpicionis Judici, antequã reus cuſtodiatur, exponere. 21

prout cavetur art. 11. conſt. Carolinæ.

Nec minus eum, qui accerſitur, alicujus publici criminis cauſam ex vinculis dicere oportere.

Weſenbec. loc. relat. num. 12.

Reo ita in vinculis conſtituto, ſatiſdationes quoque à parte Accuſatoris de proſequenda lite & injuria, ſi ſuccubuerit, reſarcienda, præſtandæ ſunt. 22 *Cautio.*

per l. 3. C de his qui accuſar. l. 2. C. de exhib. reis P. H. D. car. v. art. 12 & 14.

Et quidem cautio præſtari debet prædiis & prædibus idoneis & locupletibus, non tantum facultatibus, ſed & conveniendi facilitate. 23

l. 1. & 2. ff qui ſatiſdar. cogant.

Etſi enim hodie inſcriptiones ſubſcriptioneſq; obſoleverũt, planeq;

ab aula receſſerunt, ne metu propriæ ſalutis quis ab accuſatione deſiſtat, & ſic ſceleratiſſimi etiam impuniti relinquantur.

Andr Gail. de Pac. Public. lib. 1. cap. 9. num. 3.

Non tamen ſimilitudo ſupplicii in calumniantibus ceſſat.

gloſſ in l. 2. ad verb. periculi C. de fid. inſtrum. per l. 1. C. de Advocat. diverſ. iudic. l. 3. §. item divus ff. de teſtib.

24 Sanè licet reus crimen fateatur, tamē ſi id legitima ratione defendat, adhuc dicendum eſt, accuſatorem ad cautionem præſtandam, aut ad cuſtodiam, donec ſatisfet, teneri.

P. H. D. Car. V. art. 13. d. l. 2. C. de exhib. reis. ad l. 3. C. de his qui accuſ.

Quod ſi de crimine conſtat, nec reus accuſatoris objectionem, quo reatui eximi poſſit, enervare queat, tunc accuſator duntaxat de proſequenda accuſatione cavere tenetur.

P. H. D. Car. V. art. 5.

Cum

Cum autem carcer mala dicatur manſio. 25

ut patet in l ſi hominem. ff. depoſit.

Et in eo multi, inſalubrium tenebris incluſi, perire ſoleant.

arg. l 1. C. de cuſt. reor.

Proq; accuſato tamdiu præſumatur, quod ſit bonus & honeſtus, donec contrarium probetur; cum delictum in dubio non præſumatur. 26

vulgata l. merito ff. proſoc.

Non immerito dubitatur, an vigore iſtius præſumptionis CAUTIO CRIMINALIS, quam Peinlichen Vorſtandt appellamus, ab Accuſatore, expenſarum ſolvendarum, & injuriæ illatæ nomine, in ipſo litis exordio præſtanda ſit? 27

Et licet pro negativa ſequentia adduci poſſent fundamenta. (1.) Si ratione cauſarum criminalium leges de ſatiſdando nihil certi determinãt, nec noſtrum erit quicquam de ea determinare.

juxta l. de pretio ff. de public. in rem action.

28 Sed casus indeterminatus omninò pro omisso habendus erit.

per l quicquid adstringendæ ff. de verb. obligat.

Atqui leges de satisdando in causa criminali nihil certi determinant; omnes enim legum sanctiones de civilibus duntaxat, non de criminalibus causis loquuntur; ut per se patet; Ergo.

29 (2.) Qui Jure utitur publico, injuriæ inferendæ causa nihil facere videtur; Juris enim executio non habet injuriam.

l. injuriarum actio §. is qui jure. ff. de injur.

At qui criminosum accusat, jure utitur publico, ergo injuriæ inferendæ causa nihil facere videtur: per consequens cautionem propterea præstare non tenetur.

(3.) Si accusator ad similitudinem

sup-

ſupplicij, ne abſtereatur ab accuſando, & ne delicta multa permaneant, non teneturad inſcribendum, certè nec ad ſatiſdandum, cum par ſit utriuſq; ratio, ergo jus idem ſtatuendũ.

l. illud. 32. ff. ad L. Aquil. cum vulgatis.

At juxta communem practicam videmus inſcriptionem ceſſare, & ſatisdationem in illius locum ſurrogatã eſſe; unde non immeritò ſurrogatũ ſapiet naturam ejus cujus in locum ſurrogatur.

l. prætor. §. hæc actio. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſ. juſſ. Andr. Gail. 2. obſ. 120. n. 6.

Per conſequens igitur uti in criminalibus ceſſat inſcriptio, ſic ceſſabit etiam ſatiſdatio.

In contrariam tamen ut veriorem ſic & æquiorem partem inſequentia me trahunt fundamenta: Si enim in civilibus negotijs per Reum rectè petitur & neceſſario ab Actore præſtatur ſatiſdatio, multo herclè rectius

in criminalibus, ibi enim major est dimicatio, exigenda & præstanda erit; pœna enim corporalis, de qua in criminalibus quantumcunq; exigua semper vincit pecuniariam, de qua in civilibus.

l. in servorum. 10. ff de pœn. Hippolit. de Marsil. in pr crim. § Expedita. num. 58. p m. 233. Matt. Coler. de proceßib. execut part. 2. c. 3. num. 101.

31 Et quantò majus est periculum, tantò cautius erit procedendum; Jura enim proniora sunt ad absolvendũ, quam ad condemnandum: melius enim est dimittere sontem, quam insontem aggravare.

l. Arrianus. ff. de act. & obligat. l. absentem. ff. de pœn.

Atqui in negotijs civilibus, quantũvis viliſſimis rectè petitur & necessario ab actore præstatur satisdatio,

l. generaliter C. de Episcop. & Cleric.

Ergo multò magis in criminalibus ut negotijs magis arduis exigenda & præstanda erit. De-

Deinde, nova constitutio legi antiquæ derogat, ac novum jus inducit.

per text. & ibi Dd. in l. de quibus ff. de legib. & in l. 1. C. quæ sit long. consuet.

Atqui de satisdando, aut Peinlichen Vorstand zu leisten / extat hunc in modum nova constitutio, ut Accusator, si accusationem ad finem non perduxerit, aut improbatione succubuerit: hoc est, si crimen objectum indicijs certis & legitimis intra tempus modicum & à Judice constitutum ita verum esse non evicerit, ut Judicibus singulis majorive Judicū parti satisfecerit, omnes litis impensas solus sustineat, & delato omne damnum, quod eam ob causam, quia in squalore carceris fuerit detentus, tam in bonis, quam in corpore & famæ læsione, passus est, protinus & penitus resarciat. 32

uti patet ex const. crim. Car. 5. art. 12. cui concordat l. si cui. 7. in pr. ff. de accusat. & l. qui crimen. 5. C. qui accus. non poss. l. qui accusare. C. de edend.

Eamq; cautionem prædijs & prædi-
33 busidoneis& locupletibus,non tantum facultatibus ſed & conveniendi facilitate, præſtet.

prout ſup. n. 22. ex l. 1. & 2 ff. qui ſatisd. cog. probatum eſt.

Non immerito igitur legi ſcriptæ derogat,& novum jus inducit, Actorem ſcilicet ad cavendum adſtringendo.

Nec movent rationes in contrarium allatæ; non enim,quantum ad formam proceſſus attinet, criminale judicium hodie à Civili,in quo ſatisdatio exigitur,diſcrepat;ſi enim conſuetudo vim legis obtinet & legem imitatur.

ut habet l. de quibus 31 ff. de ll. & l. 6. eodem.

Major illa, quod nimirum de ſatisdando nihil cautum in legibus reperiatur,non ſubſiſtit; Conſtitutio enim Carolina, quæ legis inſtar eſſe perhibetur,hanc cautionem diſertis

verbi

verbis exigit; Ideoq; favore publicæ utilitatis extensio ex identitate rationis de similibus ad similia etiam in exorbitantibus à jure facienda erit.

Secundum argumentum minimè stringit; & si enim injuriam non inferat, qui suo jure utitur, procedendo nimirum modo à jure approbato, exinde tamen non sequitur, omnem actorem jure uti, qui enim cum alterius existimatione temere vagatur, 34 non utitur jure. propterea à satisdando, veluti actionis hujus principali requisito, planè non est immunis, ut nec ab injuria, ad utrumq; enim, nimirum ad satisdationem, & æstimationem injuriæ, convitij præsertim veritate non probata, tenetur.

per text. in l. Prætor. edixit. ff. de injur. l. item. exigit. ff. de dol. mal.

Quod si verò cōtra accusatum adeo vehemens est præsumptio, ut Judex eam pro fundanda accusatoris intentione sufficientem arbitretur, tunc,

quasi verisimilibus & probabilibus argumentis ceu certis indiciis ductus jure utendo, nulli facit injuriam, alias cum discrimine alterius existimationis temere vagari non oportet.

Ad tertium respondetur; hoc juris brocardicum tunc verum esse quando aliquid per omnia alterius loco surrogatur; At satisdatio Inscriptioni non per omnia, sed duntaxat quoad quid, subrogata est.

prout docet Ant. de Butr. & Ioh. de Imol. in l. 1. ff. de legat. 2.

Ergo firma subsistit conclusio: ad cautionem criminalem omnem ac-
35 culatorem teneri. Interea tamen Judicē curare oportet, ne cautiones istę induriorem causam, quā actę postulat necessitas, exigantur: Et ideo, si super idonea cautione difficultas incidit, summaria judicis cognitione opus erit, qua eam secundum naturam actus, super quo interponitur, determinat.

per

per text. in l. Græcè. § illud commune. ff de fidejuss & in l. 1. § si quis ff ut legat. nom. caveat. & in l. si stipulatus in pr. ff de usus.

Et licet personæ illustres ob dignitatis splendorem & præeminentiam, à satisdando, etiamsi non possideant immobilia, de jure communi sint immunes. 36

juxta l. quoties. C. de dignit. & gloss. ibid. & l. 1. in verb fidejussoribus. ff qui satisdat. cogant. ubi plures enumerantur casus.

Attamen constitutio Carolina illas ad cavendum adstringit, ex quo art. 12. de viris principibus & illustribus disertè loquitur, nil igitur quicquam in hoc puncto illorum faciet præeminentia. 37

Et ita nominatim consuluit Modest. Pist. consil. 54. num. 7. vol. 1. 14. Ernest. Cothm. vol. 3. respons. 29. n 448.

Lex enim vel constitutio generaliter loqnens, generaliter quoq; debet intelligi. 38

juxta l. in fraudem. in fin. ibid. quia generalis ff. de milit testam.

Cautio autem ista oportunè, hoc est, in initio litis, & sufficienter, hoc est,
39 datis fidejussoibus vel pignoribus, fieri debet; non igitur verbalis sufficit oblatio; Ubi enim facto opus est, voluntatis quæstio non sufficit, nisi volũtas facto adversarij impediatur.

text. in l. non omnes §: fin. ff. de re milit. l. peculium ff. de pecul. & in c. cum sicut. de eo qui mitt. in poss. serv rei caus. gloss. ibid. in verb. voluntatem. & in c. aliquib. de sent. & re judicat.

Pro paribus enim reputantur, nihil fieri, vel minus legitimè fieri, item non cavere, & minus legitimè cavere, quia quod nullum est, actus nomẽ non meretur.

per text. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re judic. l. quoties. ff. qui sat. cogant. l. fin. C. de sent. ex brevic. recitand.

40 Verum cum jura neminem ad impossibile, & sic non ad majorem cautio-

tionem quam præstare valet ad stringant; Accusator autem satisdare nõ possit, & tamen accusationem cœptã prosequi vellet, anne hoc casu juratoria sufficeret? Et non sufficere arbitror: Quia in materia criminali, ubi non licet actori quod reo non existit licitum, cautio juratoria, ad evitandum anceps perjurium, non sufficit. 41

juxta gloß. in c. qua fronte. de appellat. & in l. ex parte. de verb signif. l. 4. ff. de in lit. Iur.

Quemadmodum in simili, ubicunq; non vult hæres aut non potest satisdare desolvendo legato adveniente die, mittitur legatarius in possessionem, nec auditur hæres cautionem juratoriam offerendo. 42

l. si filius familias. §. idem princeps ff. de leg. 1.

Quapropter accusator ad cavendum inhabilis, vel carceri mancipandus, vel custodiæ tantum cum reo dandus est 43

annuente conſt. crim. Car. V. art. 14. cui conſonat. l. accuſationis. 17. in pr. ibi. cuſtodiæ. ſimilitudinem. C. de accuſat. l. 2. §. fin. C. de exhib. reis. c. quiſquis. 2. q. 8. Iul. Clar. in pr. crim. §. fin. q. 18. verſ. quando.

44 Ubi accurate notandum, fidejuſſores & pignora alterius juriſdictioni ſuppoſita pro cautione data non ſufficere; ſi enim debitor vel extraneos fidejuſſores vel pignora alibi ſita obligare & hypothecæ ſupponere vellet, non eſſet audiendus; quia ſic deterior fieret conditio creditoris, propter difficultatem tales fidejuſſores excutiendi, vel pignora illa proſequendi.

per l. fidejuſſor. § ſi neceſſaria & ibi Iaſ. num. 8. verſ. purè contrarium ff. qui ſat. cog.

Abſurdum enim eſſet ad hoc creditorem cogi, ut debitorem, quem præſentem haberet, dimitteret, & ad difficultatem alibi proſequendi ſe adſtrin-

ſtringeret: quemadmodum enim intereſt quo loco ſolvatur & recipiatur debitum, ita ut plus loco petens in pœnam legis incidat, utilitatem quã habuit promiſſori adimendo.

§ *plus autem. Inſtit. de action.*

Ita quoq; non parum refert, quo loco debitum exigatur, & cum improbo fidejuſſore, aut pro re pignori tradita litigetur. Et licet Bart. cum pleriſq; aliis ad d. l. fidejuſſor. §. poſſeſſor, hoc non exiſtimet verum, ſi bona immobilia in loco plane contiguo exiſtant: attamen Bald. Aret. Fulgoſ. & Jaſ. ſententia uſu & moribus populi magis recepta videtur.

atteſtante gloſſ. in l. fin. C. de procurat. ag. pro reb.

Ubi ſingularirer notandum, in criminalibus fidejuſſores ad ſolutionem 45
abſq; novo proceſſu devinctos fore, & executionem in eos fieri poſſe: Fidejuſſionis enim iſtius hæc eſt conditio & natura, ut fidejuſſores una

cum principali debitore condemnari cenſeantur.

l. fin. C. de uſur. rei judicat.

Idq; eatenus verum eſſe arbitror, ut, cum ferenda ſit ſententia, fidejuſſores citari non debeant; judicium enim principaliter cum illis non eſt agitatum, licet ſententia per conſequentiam quandam ipſis noceat.

qua de re vide Tyraquell. in tract. re int. alios acta.

Nec obſtat fidejuſſor aliquas poſſet habere exceptiones, quas non habuit debitor; ſiquidem de ijs in ipſa etjam executione ſummariè cognoſci poteſt.

uti docet Petr. Peck. de jur. ſiſt. cap. 45 n. 16 circa. med p. m. 229.

46 Cum autem Judex ſemper ex juſta cauſa motus præſumatur.

uti ait Roderic. Soar. in tr. de fidejuſſ. in cauſ. crim. n. 26. verſ. quarto adverte.

Atq; ita reum, ut nullitatem eviter, non

non nisi causa satis cognita & justa in carcerem conjicere, nulla enim major nullitas, quam quæ ex causæ cognitione emanat, committitur; rectè enim & propriè nullũ dicitur, qnod contra partem inauditam attẽtatur. 47 48

c. 1. de cauſ. poſſ. & propriet. clem. paſtoralis. de re judicat. c. caveant. & c. omnia 3. quæſt. 9.

Dubium generaret, an Magistratus ex debito sui officii inquirens, ad prædictam cautionem criminalem deß peinlichen Vorstandes teneatur: In qua quæstione serio animadvertendum esse arbitror, an crimen, super quo inquiritur, sit de exceptis criminibus, in quibus ordo & solennitas juris non observatur, quo casu officii necessitatem, juxta receptum nostrorum judiciorum morem, à satisdando judicem relevare opinor, maximè si delictum adeo sit anorme & notorium, ut à reo prorsus negari nequeat; quale est, si contra legem aliquid 49

liquid factum eſſe probetur, quamvis delictum nihil aliud ſit, quam legis tranſgreſſio.

juxta c. manifeſta 2. q. 1. c. evidentia de accuſ. l. ea quidem 7. C. eod Andr. Gail. lib. 1. obſ. 39. n. 4. Nicol. Reuſn. lib. 2. Conſ. 14. num. 5.

50 Verum an Judex cautionem ſecuritatis, quæ noſtris Sicher Geleidt zu Recht/vnd für vnrechter Gewalt dicitur, reis petentibus indulgere teneatur, â nonnullis controvertitur, ex quo Reus cauſam ſuam, ne judicium illudatur, & ſententia executioni mandari poſſit, ex carcere dicere teneatur; cum autem Judex ex officio defenſiones rei quærere debeat, hæc autem commodior fieri nõ poſſit, quam cautione hac conceſſa, præſertim ſi reus per indicia legalia de ſua innocentia docere, ſibiq; defenſionem juſtam competere liquidò remonſtrare valeat, non ſolum ad terminos Judiciales liberam accedẽdi præſtitâ tamen cautione de judi-

cio sisti, sed & recendendi facultatem indulgere tenetur.

ita affirmant. Bart. in l. ult. C. de dign. & in l. 3. ff. ad L. Iul. Majest. & in l. ultimur. ff de sep. viol. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 93 2. Iac. Menoch. lib. 1. de arb. judic. quæst. 9. 80. Nicol. Reusn. lib. 4. dec. 19.

An autem, si plures præstitæ essent cautiones, in arbitrio sit rei, ex qua conveniri velit, non immerito, cum in alternativis semper debitoris sit electio controvertitur: Verum postquam cautio non in gratiam debitoris sed magis exigentis vergit, minimè iu hujus odium & detrimentum detorquendam fore opinor; proindeq; in actoris potestate, ex qua agere velit, relinquendam esse statuo. 51

cum Castrens. in l. cum proponas. 17. in fin. C. de transact. Ioh. Schneidew. ad tit. Inst. de satisdat. num. 15. in fin.

Quod si verò reus post præstitam & receptam cautionem sese contumaciter 52

citer absentaverit, anne pœna in stipulatum deducta à fidejussoribus rectè exigeretur? Quod licet opiner; tamen ea recepta adhuc dubitari cõtingit, an propter interpositam fortè ab accusatore protestationem, se nimirum per illam liberationem sub fidejussoribus non intendere ab accusatione desistere, adversus reum, qui sui copiam Judici subtraheret, nihilominus criminaliter procedere possit? Et licet pro negativa adduci posset; pœnam non debere esse majorẽ delicto, sed semper cum eo commẽsurandam fore.

per text. & ibi Bald. in Auth. omnes peregrini. in fin. C. com. de succes. item Deut. 25.

At si præter pœnam in stipulatum deductam adhuc criminalis supereſſet, non correſponderet qualitati criminis, sed major foret delicto.

contra. c. offeramus. 24. quæst. 1. & l. respiciendum. ff. de pœn.

Acta-

Tamen in contrariam sum proclivior, cum enim liberatio à carcere in favorem accusati, ob certas & probabiles causas, ne scilicet reus causam ex vinculis dicere cogatur, neq; Innocentiæ probatio coangustetur, processerit, accusatus vero in probanda innocentia, sese à terminis juridicis contumaciter absentando, destiterit, vel ipsa luce meridiana clarior evaderet, reum diffidentiam causæ habuisse, atq; ita actori viam ad ulteriora aperuisse; Quia vero accusator non pecuniam sed sanguinem rei fuit prosecutus; juxta illud; qui fuderit sanguinem, ejus sanguis fundetur in terra.

l. 2. C. de Episcop. audient.

Iniquissimum foret, in locum sanguinis pecuniam surrogare, eaq; contẽ- §3
tum esse, cum pœna corporalis, etiã minima, major sit quacunq; alia pecuniaria; quantumvis magna.

l. in servorum. 10. §. in personis. 2. in fin ff. de pœn. De-

Deniq; ſi voluiſſet actor pro pecunia in ſtipulatum deducta cum adverſario tranſigere, id ante acceptum judicium, quo laboribus & ſumtibus parceret, longè conſultius feciſſet.

Non itaq; ſtringunt in contrarium allata, nam pœna à fidejuſſoribus conventa & promiſſa, magis contumaciam fidejuſſorum, non ſiſtentiũ reum, quam crimen facinoroſi concernit, quod quaſi impunitum per hanc fabricam exiſteret.

contra l. ita vulneratus 51. §. quod ſi quis ff. ad L. Aquil. l. 18. §. 1. ff. de Iudic. l. 4. § cum Dominus. ff. de noxal. l. ſi a reo 70. § fin. ff. de fidejuſſor. Matth. Col. de proceſſ. execut. p. 2. c. 3. num. 101.

Nomen rei quando inter reos refertur.

Accuſatione inſtituta, nomineq; accuſati inter reos relato (quod fieri tunc dicitur, quando judex pronunciavit, exceptionibus dilatoriis non obſtantibus, procedendum eſſe ſuper accuſatione, vel ſi accuſatus

tus ſuâ ſponte litem ſuper libello criminali conteſtatus eſt.]

Iuxta notat. Bart. in l. is qui reus n. 5. ff. de public. iudic. text. in l. adulterij. C. ad L. Iul. de adult. ubi Bart. num. 1. Bald. in l. quamvis. num. 2. C. ſi pendent. app. mors. interven. & pleniſſime in l. 1. num. 22. cum ſeq. C. de his qui accuſ. non poſſ. Geil. de PP. lib. 1. c. 12. n. 2.

Eodem modo cauſa agitur per litis conteſtationem, exceptiones, probationes quo in civilibus agitari ſolet. *Proceſſus quâ lis?*

l. 2. C de exhib. reis. l. qui accuſare. C. de edend. l. adulterium. C. de adult. l. ſi maritus 15. §. præſcriptiones ff. eod. Azo in rubr. C. eod. num. 9.

Hoc tamen intereſt; quod in criminalibus apta libelli concluſione opus non ſit, imo ne concluſione quidem; puta ad certam pœnam, ſed ſola facti narratio, abſq; alia concluſione ſufficiat. 54

Bart. in l. 2. §. ſi publico. num. 13. ff.

ad

ad L. Iul de adult. & in libellorum ff. de accuſat. Andr. Geil. lib. 1. obſ. 61. n. 18.

Concluſio enim in jure comprehenſa eſt, & tantum præſtat in criminalibus, quantum petitio agentis in civilibus.

Bald. in l. 2. num. 2. C. de probat.

Ita ut â judice ſuppleri poſſit; qui propter eandem rationem aliter poteſt condemnare, quam ſit petitum.

Yaſ. latè in l. vinum. num. 24. & 25 ff de reb. credit. ſi cert. petat. Bart. in l. quid ergo. §. pœna. ff. de his qui not. infam. Iohann. Schneidevvin. Inſt. de public. judicijs num. 10.

Probationes. Differt etiam quod probationes in criminalibus requiruntur evidentiores.

§§

juxta l. fin. C. de probat. l. 16. C. de pœn. Schneidevvin. d. loc.

Adeò ut in his præſumptiones nõ ſufficiant ad condemnandum, ſed tantùm ad abſolvendum;

& abſentem. ff. de pœn. c. literas 14. *de præſumpt. Caſtr. & Dd. in l. fin. C. de probat. gloſſ. in clem. unic. ad verb. non volens. de homicid. Hippol. de Marſil. Conſil.* 61. *num.* 31.

Probationes enim quoad damnationem debent eſſe liquidiſſimæ, & luce, ſicut dicitur, meridianâ clariores.

l. ult. C. de probat. l. univerſi 9. *in verb. quæres cum fuerit certis probationibus declarata C. ubi cauſ. fiſc.*

Adeò, ut quod in civilibus plenè probat, id in criminalibus præſertim capitalibus, vix ſemiplenam probationem impleat.

Decius Conſil. 175. *Iohann. Schneidevvin. loc.* 5. *vel num.* 10.

Quare præſumptiones non ſufficiunt ad condemnandum, niſi in delictis quæ facti ſunt tranſeuntis, veſtigia poſt ſe nulla relinquentibus, ut Adulterium, Stuprum, Sodo- 56

domia, Hæresis, Veneficium, Maleficium seu sortilegium &c. in quibus, cum sint difficillimæ probationis, sufficit probatio per cõjecturas & præsumptiones.

l. non omnes 6. §. a barbaris. ff. de re milit. c. afferte. c. literas 12. de præs. Bald. in l. quicunq; per illum text ff. de serv. fugitiv. l. si qui 33. C. de adult. Iohannes Schneidew. loc. rel. p.m. 1874. Iohan. Zanger. de quæst. seu tort reorum in proem. num. 13 Wesenbec in ff. de accusat. num. 12. Schurpf. Consil. 38. cent. 1. Menoch. de Præsumpt. quæst 97.

Præterea interest inter Civile & criminale judicium, quod in hoc defensio reo permittenda sit, etiã si appareat, justam non subesse defensionem, quando enim tractatur de præjudicio irreparabili, & de Executione irretractabili, admittitur exceptio, quæ alias non admitteretur.

Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. oportunt. n. 31.

Non modo in termino probationis, ſed etiam poſt conciuſionem in cauſa atq; adeò poſt ipſam quoque ſententiam, quia in criminalibus uunquam concluditur.

ſecuudum Bald. in l. 1. in 3. Col. v. quarto quæritur. C. de condict. indebit. Hippol. in pract. §. Examinand. 12. num. 15. & §. ſequens. num. 1. & 5. And. Geil. Lib. 1. obſervat. 12. num. 5. vide infr. Concluſ. 11.

Nam defenſionis & abſolutionis cauſa favorabilior eſt quam condemnationis. 58

Hippol. Conſil. 90. l. favorabiliores. 125. ff. de reg jur. l. Arrianus 47. ff. de obligat. & action. l. tale pactum. 40. ff. de pact.

Adeoq; privilegiata, ut ſemper potius abſolvere quam condemnare debeamus. 59

Hippol. in l. 1 num. 59. C. ad L. Cor-

nel. de ſicar. & l. 1. §. Divus num. 38. ff. eod.

Defendi enim reos publicè intereſt, etiam à tertio aliquo, cauſa miſerationis intercedente.

l. non tantum 6 ff. de appellat. l. ſervum. 33. §. 2. ff. de procurat.

Imò etiam ipſe Judex poteſt & debet ex officio perſequi defenſiones rei, ſicut & Actoris accuſationes.

l. ſi non defendantur. 19. ff. de pœn. l. 1. in fin. ff. de q. Bart. in l. liberorum. 3. §. ſi accuſator. num. 4. de accuſat.

Cur enim minus id ei liceat, quam ex officio vel ſine accuſatore in delicta inquirere.

l. congruit. 13. ff. de offic. præſid. l. 2. § publico. 5. ubi Bart ff. ad L. Iul. de adult.

Proinde hos terrarum dominos ſummis reor evehendos, qui reis miſeris defenſorem ex officio conſtituunt.

De

Deniq; interest, quot celerius in criminali quam civili judicio processus & probationes instituantur. *Celeritas processus.*

per l. properandum. 13. C. de Iudic. tot. tit. ut int. cert. temp. quæst. crim.

Ne scilicet reus diuturnâ custodiâ affligatur.

l. 1. & tot. tit. C. de custod. reorum.

Et demum interest, quod in criminali negotio qualiscunq; petitio sufficiat, nec noceat inepta conclusio; Nam quod de necessitate nõ requiritur, si ineptè intervenit, non vitiat actum.

Andr. Geil. lib. 1. obs. 66. n. 15. Wesenbec. loc. 5. relat. n. 12.

Sequitur forma libelli in causa veneficij.

P. P. Für euch den Ehrnvesten vnd Hochgelarten dieses peinlichen Gerichts ordentlichen Richtern erscheinet/ N. N. Ankläger an einem/end-

gegen vnd wider N. N. Rechtschuldig Beklagte Andertheils / jedoch mit vorbehalt aller vnd jeder Begnadigungen vnd Wolthaten der Rechten / damit ein jeder peinlicher Ankläger im Rechten beneficiret vñ gefreyet: insonderheit de-lese nõ adstringendo superfluæ probationis, oneri, sed magis conjecturis & præsumptionibus, utpote ad probationem occulti criminis sufficientibus, insistendo, vnd vbergibt / sub affirmativa litis contestatione einfolgende articulirte peinliche Klage / sagt dieselbe ja vñ wahr / auch in Jure & facto articulirter massen ergründet sein / mit bitt peinlich Bekl. ihres theils auch zu gebürlicher litis contestation, vñ nach derselben so bald vnverwendeten Fusses auff alle vnd jede Klagartickul eigenes Munds semoto omni defensore helle klare vnd vnverdunckelte Antwort / durchs Wort / glaube

be wahr/ oder nicht wahr/ ohn allen anhang/ bey Straff der Bekändtniß/ zugeben/ anzuhalten/ valls alßdann die Peinlich Bekl. der That jn leugnen vnd allerdings nicht gestendig wehre: So wil Peinlicher Ankleger diese articulirte Geschichte loco indiciorum surrogiret, diese Klage darüber eingerichtet/ vñ darauff/ pro extorquenda veritate, die Peinl. Bekl. mit peinlicher scharffer Frage zu belegen gebeten habē.

1.

Setzt vnd sagt demnach anfänglich wahr / auch in Gottes heiligen Worte nicht weniger als den allgemeinen beyd Geist- vñ Weltlichen Rechten/ deß H. Römischen Reichs vnd Käyser Carls deß Fünfften peinlicher Halßgerichts Ordnung bey Leib vnd Lebens Straff verbotten sein / daß niemand den Namen Gottes seines Herrn mißbrauchen/ verlästern/ verschmähen / Gott vnd

der H. Deyfaltigkeit vorsetzlich ableugnen/dahingegen mit dem Fürsten dieser Welt/dem leidigen Teuffel/vnserm aller ergsten Feinde/ein compact vnd Bündnuß machen/ vnd Krafft dessen/ Menschen vnd Viehe bezaubern/vnd Schaden zufügen solte.

2.

Vnd dann wahr das Peinlich Bekl. dessen ohngeachtet ein sothan compact vnd Bündnuß gemacht zu haben einfolgende vermutungen vnd conjecturæ starck arguiren.

3.

Artem Magicã alios docere præsumens sinistra se suspicione gravat.

Dann nach deme wahr/ das P. Bekl. am 21. Julij Jahrs 1631. sich gegen N.N. veranlasset gestalt wolle sie jhr eine Kunst lehren/wodurch sie aller widrigkeit entfreyet/ vnnd was jhr Hertz begehren möchte/ augenblick gewärtig sein solte.

4.

Gantz ohne aber wahr/ dz Peinl. Bekl.

Bekl. einiger redlichen auffrichtigē Kunst/ krafft/ welcher sie solche veranlassunge erfüllen könte/ jemahls wissende gewesen oder noch sey.

5.

Als erfolget dahero wahr P. B. habe andern das jenige/ dessen sie selbst ohnwissend zu lehren/ ohne besondere Iuspicionem, sich nicht erbieten können.

6.

Weil wahr vnd Rechtgründig: Ad positionem consequentis sequi positionem necessarij antecedētis.

per ea quæ dixi infr. concl. 12. n. 3.

7.

Zumahl da wahr/ das Peinl. B. gemeiner sage vnd Leutmund zufolge/ nichts guts nachgeredet/ dañ viele mehr für eine Zänkerische ins gemein geachtet wird.

8.

Vnd dann wahr vnd Rechtens: Famam vehementem, in his quæ *Fama vehe-*

sunt difficilis probationis, sine aliis adminiculis indicium ad torturam facere.

mens sufficiens Indicium.

Iacob. Menoch in tract. de præsumpt. lib. 1. quæst 89. n. 34.

9.

Vnd solches vmb so vielmehr weil wahr / das auch Peinl. Bekl. von einer solchen Mutter / so vorlengst der Zäuberey beargwohnet / erzeuget sey.

10.

Vnd dañ vermuthlich vnd wahr: Non procul à patria delabitur arbore pomum, neq; imbellem feroces progenerant aquilæ columbá.

Mala nativitas malam arguit naturam.

Iacob. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 58. n. 1. 2. 3. 4. 5 6. 7. & 8.

11.

Als erfolget wahr / das Peinl. B. keiner andern Natur vnd qualitet, denn jhre Mutter gewesen sey.

12.

Ferner ist wahr / das der Peinl. Bekl.

Bekl. zum offtern ob articulirte detectus von den Nachbaren vnd sonst verweißlich vorgehalten.

13

Gantz ohne aber wahr / daß sie darwieder das geringste mit Rechten fürnehmen / vnd sich endschuldigen mögen. *Taciturnitas consensum arguit.*

14

Dann aber rechtgründig vnd wahr: Criminosæ exceptioni non contradicentem pro convicto & confesso habendum esse: cum tacens in judicio habeatur pro consentiente.

c. 2. de appellat. in 6. Bart. in l. 1. C. de relat. Menoch. lib. 2. præs. 46. num. 2.

15.

Auch ferner wahr / daß die peinlich Beklagtin einer gehessigen vñ zänckischen Natur / welche mit jren Haußgenossen / Nachbauren / vnd Freunden / nimmer / oder je gar sel-

ten sich vertragen/vnd friedlich begehen können.

16.

Inmassen dann wahr / daß sie sich am vergangenen Charfreytag/ da sie billich als eine Christinne andere sehligen Gedancken/vnd allem friedliebenden Wesen sich beflissen haben solte/mit jhrer Nachbarschen der N.N.nicht allein hefftig gezancket / besonders nach geendigtem Zancke in diese Wort herfür gebrochen: Ich wil dir solches ins Fenster legen/vnd sol es dir zun Augen außrinnen.

17.

Minæ cum effectu conjunctæ sufficiens indicium

Wahr daß ohnlengst hernach berührter jhrer Nachbarschen der N.N. ein solch Vnheil zun Augen gestossen daß sie sich für Schmertzen kaum halten können.

18.

Vnd denn wahr vnd Recht eens/ daß/wo jemand einen zu bezaubern

be-

bedrawet/vnd dem bedraweten dergleichen geſchicht / ſolches eine redliche Anzeigung der Zäuberey vnd gnugſame Vrſach zu peinlicher Frage ſey.

Effectus enim ſi minas ſequitur, & ſic minæ cum eventu ſint conjunctæ, indicium ſufficiens præbet ad torturam.

Matthias Berlich. part. 4. Concluſ. 4. num. 154. P. H. D. art. 44. Iul. Clar. in pract. crimin. quæſt. 21. num. 27.

Dieſem nach bittet peinlicher Ankläger in Recht zu erkennen vnnd außzuſprechen / daß Peinl. Bekl. wieder GOttes Gebott / gemeine Geiſt- vnd Weltliche beſchriebene Rechte vnd Reichsſatzungen groblich mißhandelt / vnd ſolcher Mißhandelunge halber groſſen Verdacht auff ſich geladen/dahero einhalts der Peinl. Halßg. Ordnung wo nicht an Leib vnd Leben ernſtlich

zu bestraffen / je zum wenigsten ad extorquendā veritatem, mit peinlicher scharffer Frage zubelegen/vnd dazu durch Vrtheil vnd Recht zuverdammen sey; In was behuff Peinlicher Ankläger das Peinlich streng Richterliches Ampt non solum petito sed alio quovis meliori modo, pro ministratione justitiæ einständigen hohen Fleisses wolle imploriret vnd ersuchet haben.

61 Ubi singulariter notandum; conclusionem sive petitionē libelli in criminalibus de necessitate nō requiri, sed solam facti narrationem, absq; ullâ alia petitione, sufficere.

62 Cum in criminalib⁹ nihil concludatur dari vel fieri parti, sed pœna sit corporalis, appliceturque corpori; vel pecuniaria, & applicetur fisco; Lex autem in criminalibus concludat Judicij, non accusator.

Ideoq; judicem non debere cōsiderare modum concludendi, sed qua-

qualiter juxta qualitatem delicti, leges concludant.

Ioachim. Mynsing. cent. 4. observat. 8. Andr. Geil. lib. 1. observat. 61. n. 18. & seqq.

Libellus autem generalis & obscurus in criminalibus non procedit, etiam parte non opponente, sed debet esse specialis, certi criminis, loco & tempore arctatus ita ut reus contrarium probare possit.

juxta l. libellorum ff. de accusat. Geil. lib. 1. observat. 62. num. 13. & observat. 64. num. 9. & 2. observat. 157. n. 4. Sebast. Vant. de nullit. sent. ex def. proceff. num. 26.

CONCLVSIO V.

INdicia, ad inquirendum vel accusandum sufficientia, temporibus congruis, hoc est, ante inquisitionem, incarcerationem, & torturam, Reis incusatis vel inquisitis com-

communicanda esse, omnes lanio-
res practici statuunt.

Summaria.

1. *Defensionem denegare omni juri repugnat.*
2. *Defensio nemini deneganda, ne quidē Diabolo, nedum homini.*
3. *Defensio cum à Iure concessa, à Iudice non est deneganda.*
4. *Indiciorum copia an Reo non petenti sit danda?*
5. *Affirmativa opinio, uti melioribus rationibus fulcita, approbatur.*
6. *Indiciorum copiam dare, est defendere.*
7. *Verbum debet est necessitatis.*
8. *Iudex copiam indiciorum denegans, legem naturæ violat, Iustitiæ leges cōtemnit, conscientiam lædit, & rationis temperamentum excedit.*

9. Iu-

9. *Iudex officium suum erga personas miserabiles exercere tenetur*

10. *Iudex ultro personis miserabilibus dabit advocatos.*

11. *Ignorantibus, in his quæ sunt juris, non succurritur.*

12 *Quod secus est in impeditis.*

13. *Scientia & patientia cum taciturnitate conjuncta æquiparatur consensui.*

14. *Sententia Doctorum, Indiciorum copiam denegantium, planè hæretica est.*

15. *Indicia cum sint diversa, illorum quoq; probatio diversa est.*

16. *Propinqua indicia ad delictum, præbent indicium ad torturam.*

17. *Propinquorum indiciorum proprium est, ut per unum duntaxat testem, omni tamen exceptione majorem probentur.*

18. *Quod secus est in remotis.*

19. *Differunt inter se indicia remota & propinqua.*

20. *An*

20. *An unum indicium propinquum ad torturam sufficiat.*

21. *Vtrum indicia simul juncta fidem faciant.*

22. *Plures species imperfectæ non rectè junguntur, quoad plenam probationẽ, ut num.* 23.

24. *Separatorum separata est ratio.*

25. *Mille testes singulares tantum probant, quantum unus.*

26. *Testes non numerandi sed ponderandi sunt.*

27. *Singularitas quandoq; in tempore & loco quandoq; in facto versatur.*

28. *An incantatio cabalistica indicium erga inquisitum præbeat?*

29. *Non sunt facienda mala ut eveniant bona.*

FRustra enim copia indiciorum, ad inquisitionem incarcerationem, vel torturam evitandam & repel-

pellendam, daretur ei, de quo jam ante inquiſitio formata, quiq; in carcerem detruſus & atrociter tortus eſſet.

per l. fin. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. neceſſ. non eſt Erneſt. Cothm. vol. 3. Con. 29. num. 176. & 177.

Ideoq; non viderentur dari, ſi in cõgruo tempore darentur; Cum non eſſe, vel eſſe, ſed tempore minus cõgruo, parificentur.

per text. in l. quoties ff. qui ſatisdar. cogant. Andr. Geil. lib. 1. obſervat. 21. num. 12. & 1. obſervat. 105. num. 13. Iohan. Schneidevvin. ad §. tutor. num. 3 de author tut. p. m. 213.

Ne igitur denegetur reo defenſio: copiam indiciorum ei communicandam, idq; juſto tempore, omnino arbitror: quia defenſionem denegare, omni æquitati, juri naturali ac divino repugnat

Rolandin. conſil. 12. num. 45 vol. 3.

Ideoq, nec Diabolo, ſi foret in judicio,

cio, nedum homini deneganda, quãtumvis Judex liberam & absolutam haberet potestatem; quia ex hoc non debet quicquam facere, quod bonis moribus interdictum est.

ut probat text. in l si à milite §. edictum ff. de milit. testam. Sebast. vant. in tract. de nullitat sent. ex defect citat. num. 3. & 4. Nicol. Reusuer lib. 2. dec. 10. num. 8. Prosper. Farin. de Indic. & tort. lib. 1. tit. 5. quæst. 39. n. 15. & seqq.

Ubi inter alia ponit, quod si Princeps de absoluta potestate reo defensionẽ tolleret, illumq; indefensum torqueri mandaret, non debere judicem tali mandato fulminatorio obedire, præsertim in criminalibus, ubi de vita & sanguine hominis, in quibus nullo modo defensio tolli potest, a-
§ gitur: Cum enim defensio concediditur à jure, non debet denegari à Judice, qui denegando injuriam faceret legibus, volens melior videri quã ipsæ leges. Matth.

Matth. de Afflict. decis. 391. num. 3 Proffier. Farin. ac. d. loc. num. 1.

Idcirco Jus dicens non modò illam non tollere, quin imò pro absente defensiones supplere debebit.

l. absentem ff. de pœn. c. absent. c. absentib c. caveant. c. omnia 3. quæst. 9 l. ea qua C. quomod. & qnand. Iudic. l. de unoquoq; ff de re judicat.

Reus enim indefensus esse non debet: Quinimò ei, qui cognoscit, incumbit, nemine reum defendente, suis sumptibus de ejus innocentia quærere,

l. in fin. C. de his qui latron l. factum l. accusationis. C. de accusat fac. l. 19. ff. de pœn. P. H. O. *Carol. V. art. 47. vers.* wo aber der Verklagte. *Iohan. Zanger. de quæst. seu tort. reorum cap. 3. n. 1. in fin.*

Inde exorta est disputatio; An copia Indiciorum, quorum fides Judici facienda, aut jam facta est, Reo etiam non petenti danda sit? Et quamvis

Judex

Judex non teneatur ad privatam utilitatem officium suum impertiri, nisi imploratum sit.

ut habetur in l. 4. §. hoc autem ff. de damn. infect. Iohann. Schneidewin. ad §. omnium. num. 117. & 128. Instit. de action. circ. fin. p. m. 1142. And. Geil. lib. 1. observat. 50. num. 7. exindeq; Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 49. num. 4. ajat: communem mentem. Dd esse, dandam non esse.

Cum super non petitis judex sedere non dicatur.

ut notat Bald. in c. 1. in princip. ut lit. non contest. ubi allegat. ex. quem dicit sing in l. si ex testamento ff. de Except. rei judicat.

Attamen contraria opinio, uti melioribus rationib⁹ ac fundamentis stabilita, tutó judicando observari, & ad objecta taliter responderi potest: Is qui certus, ulterius non est certiorandus.

c. is qui certus. de reg. Iur. in 6. l. 1. in fin.

fin. ff. de act. empt l. 2 ff. de edend. l. legibus C. de Episcop. audient.

Atqui Judex, qui non præsumitur legum & constitutionum ignarus, enim hoc turpitudini & dedecori ejus adscriberetur, 5

juxta l. 2. §. servus. ff de orig. jur.

Ex lege certus est, indicia ad rei defensionem esse communicanda: Ergò ulterius pro certi oratione implorandus non est. Nam datio copiæ indiciorum, est defensio: Eo, quia habita tali copia Reus contra personas & dicta testium opponere, seq; tueri potest. 6

uti ex de art. 47. Constit. Carol. V. patet.

At Judex ex officio, etiam nemine petente, defensiones Rei quærere tenetur.

l. si non defendantur. ff. de pœn. & volunt. Dd. in l. 1. §. fin. ff. de quæst. Angel. in Consil. 38. incip factum tale est. in ult. col. ante fin.

Imo

Imò Judex debet quærere innocentiam partis etiamsi se non defendat.

ait Bald. in Consil. 107. per d. l. si non defendantur.

Et hoc nō solum ante, sed etiam post sententiam: Ergo multò magis indiciorum communicare debet copiam: Et si Reum non reperiat culpabilem, debet facere quod potest, ut absolvatur.

prout tenet Dom. de Sanct. Gemin. consil. 26. incip. casus. in 2. col. probatur q. hac opinio ex text. d. l. si non defendantur, per verb. debet.

7 Verbum enim DEBET est necessitatis, & importat necessitatem.

Secundum gloss. in clem. attendentes in verb. debet. de stat. monial. quam approbat. Felin. in c. Exceptionem in 3. col. de except. & probatur in l. 1. ff. quod quisq; jur. & in l. prætor. in princip. ff. de edend. Iohan. Zanger. d. loc. num. 3.

Nam quando committitur aliquid Ju-

Judici expediendum ex officio, semper intelligitur esse necessitatis, nisi expressè diceretur, quod esset in ejus arbitrio facere vel non facere.

prout dicit Card. in d. c. exceptionem quem refert & sequitur Felin.

Ex quibus satis constat: Quod, licet Reus non petat talem copiam Indiciorum, nihilominus Judex justus & religiosè sapiens, secundum æquitatem juris, tam Reo communicare debet; alias legem naturæ, quæ immitissimo & inhumanissimo cuiq; dictitat, alteri esse faciendum, quod sibi quis fieri velit, nefariè violaret, humana jura inhumaniter negligeret, justitiæ leges injustè contemneret, conscientiam læderet ac vulneraret, moderatæ rationis temperamentum excederet.

l. de minore §. tormenta ff. de quæst.

Imò ipse judex de alio plus statueret, quam de seipso dijudicari vellet.

Iohan. Zanger. d. loc. num. 3. circa med. ubi hanc affirmativam Pontificiu

cis Innocentij 3. rescripto, in c. qualiter 24 §. debet igitur de accusat. probari adserit.

9 Nam Judex officium suum erga personas miserabiles actum pium, vel causam piam, etiamsi imploratum non sit, exercere tenetur.

secundum Bart. Alexand. & alios in l. 4. §. hoc autem Iudicium ff. de damn. infect.

At carcerati dicuntur personæ miserabiles.

ut adserit Bart. in tract. suo carceratorum in fin. & est text. in l. si. quis ad declinandum C. de Episcop. & cleric.

Præterea causa carceratorum dicitur causa pia.

ut voluit Bart. in d. tractat. in fin.

Nam legatū factum pro redemptione captivorum, etiamsi sint carcerati pro maleficio dicitur pium.

secundum gloss. in c. sacrorum canonū statuta 12. quæst 2. quam refert & sequitur Bald. in l. illud. C. de SS. Eccles.

Ergo

Ergo tali casu Judex debet impertiri suum officium etiam non implora-tum, & sic, cum causa carceratorum est pia, & ipsi carcerati sint personæ miserabiles, debet Judex dare Reo incarcerato copiam indiciorū, cum termino competenti ad illa purganda, etiam reo non petente; præsertim si sit homo idiota, ut rustic9, mulier, pupillus, vel alius verisimiliter juris solemnium ignarus.

arg. text. notab. in l. nec quicquam §. circa Advocatos. ff. de offic. proconſ. ubi dicitur.

Quod, ubi Judex debet exercere officium suum circa personas miserabiles, tunc ultro eis debeat dare Advocatos. 10

Et illum text. adhoc pro notab allegat. Bart & post eum Alex in d. l. 4. §. hoc autem judicium ff de damno infect.

Et profectò durum, imò iniquum ac absurdum foret, si tali in casu, ubi de tortura rei, & sic de irreparabili præ-

judicio argeretur, cõtra ipsum reum ad torturam, non data sibi indiciorũ copia, atq; ita defensionum & jurũ
11 sibi competentium planè ignarum, procederetur: Et licet in his, quæ sunt juris, ignoranti non succurratur,

ut est text. in l. juris. & in l. error. & in l. regula ff. de jur. & fact. ignorant.

Cum ignorantia facti & non juris excuset.

c. ignorantia. de reg jur in 6.

Illudq; non solum in masculo, verũ etiam in fœmina locum habeat.

l. emancipati. l. quamvis C. de jur. & fact. ignorant. l. juris C. qui admit.

Cum reus Inquisitus poterat peritiores consulere; & adsũmere Advocatos & Procuratores, qui talem copiam petiissent pro eo. Et per consequens Judex ex officio, ne diminueretur ejus authoritas, non teneatur supplere istam intermissionem nec quicquam ei sit imputandum, siquidem per manus traditum; Damnum

quod

quod quis suâ culpa sentit, sibi ipsi non aliis debeat imputare.

c. damnum. de reg. jur. in 6.

Attamen nõ obstant prædicta: Quia communiter Judices, prout experientia rerum omnium magistra, docet, Reos criminis in carceribus abditis & secretis detinent, nec accessum aliquem ad se permittunt, ne ab aliquo instruantur ad occultandum delictum, & sic non est in potestate illorum peritiores consulere; Juris autem est indubii, ut non possit imputari ei, per quem non stat, quo minus faciat.

l. regula. §. sed juris ff. de jur. & fact. ignor. & ibi gloss. in vers. raro & in d. l. juris. C. qui admitt. ubi late per Alex qui dicit.

Nedum hoc habere locum, quando reus omnino non potest consulere peritiores, sed etiam quando facile non possit. Nam quando facile quis 12
non potest quid facere, perinde est

ac ſi illud omnino facere nequeat. *ſecund gloſſ. in c. quamvis in verb. cõtinuatis. de offic. ordin. in 6. & fac. gloſſ in c. faciat 12 quæſt. 2. quæ vult. quod illud fieri poſſe non dicatur, quod commode fieri nequid. Felin ponit plura notabilia dicta in propoſito in c. accepimus. in 2. col. de fide inſtrum. vide etiam Bal. Conſil. 26. in 2. col. in 3. vol. & Zanger. d. tractat. cap. 3. num. 8. ubi ulteriorem repereris reſponſionem.*

Verum ſi homo ſit prudens, verſutus, literatus aut expertus, ut ſciat veriſimiliter petere copiam, ſuaſque defenſiones facere, judicem ad dationem copiæ, niſi petita fuerit, mini-
13 me teneri puto; Imputet enim ſibi poſtquam poterat & ſciebat petere dictam copiam, & non petiit: ſcientia enim & patientia cum taciturnitate conjuncta æquiparatur conſenſui.

ſecund. Bart & Angel. in l. ſi filius C. de petit. hared. & in l. qui in a liena §. ſed

sed & si non adierit ff de acquir. hæred.

Et quamvis nõ videantur deesse, qui cõtrarium sentiant, & judicẽ ex mero officio procedentem ad copiam indiciorum edendam minimè teneri, sed potius autument, tutius esse, ut inquisitus ante, de delicto interrogetur & respondeat, quàm ei indicia cõmunicentur,

quos cumulat & recitat Iohan. Nevizan Consil. 75. num. 1.

Attamen sententia illa, quæ Judicẽ, etiam ex mero officio procedentem, ad Exemplum indiciorum exhibendum obligat & cogit, æquior, rectior, & à graviſſimis juris interpretib⁹ approbata est

teste Albert. Gandin. in tractat. de malefic. tit. de inquisitionib. num. 15. Marc. Ant Natta. Consil. 451. num. 3. Iohan. de Anan. in c. qualiter & quãdo §. debet. igitur. num. 1. de Accusation. Hippol. de Marsil. Consil. 8. num.

24. & 27. & Conſil. 12. num. 7. & Cō. ſil. 18. n. 13. & Conſil. 46. num. 5. & Conſil. 56. num. 8. & Conſil 95. num. 7. & Conſ. 120. num. 33. & Conſ. 123. n. 8. & Conſ. 124. n. 1. Andr. Alciat in l. 2. n. 15. C. de edēd. Ang. Aret in de malef in verb. fama publica n. 37. & 38.

Idq; ſine contradictione aliqua, ſi ipſi, quorum res agitur, quorumq; intereſt exemplum ſibi dari, poſcat, ita ſe habere adieverat.

Barth. Capoll. Conſil. crim. 66. n. 3. & concordat. conſtit. crim. Caroli V. art. 47.

14 Ideoq; contraria ſententia, cum à paucis contra omnem antiquam & modernam Juriſprudentiam invecta, planè hæretica eſt, quæ plenam & abſolutam peccandi poteſtatem & licentiam invehit, & tyrannizandi occaſionem præbet.

Didac. Covarruv. var. reſolut. lib. 3. cap. 6. num. 8, Andr. Barbat. Conſil. 47. num. 6. & 9. vol. 1. Arius Pinell.

in

in l. 2. cap. 2. num. 12. & seqq. C. d. rescind. vend.

E contra, quam de communicandis indiciis sententiam approbo, rationibus divinis, naturalibus & civilibus nititur, nam (1.) inquisito exinde competit defensionis facultas, quæ, cum juris sit naturæ, ne à Principe quidem, licet non ordinaria, sed, ut alliqui distinguere malunt, absoluta utatur potestate, tolli potest, jura enim naturalia sunt immutabilia, per consequens tolli nequeunt.

testem Covarruv. loco prox. relato l. defensionis facultas C. de jur. fisci Bald. Consil 61. num. 2. vol. 3. Hippolit. in pract. crim. §. ultima num. 19. in fin p. m. 485 Adrian. Gilman. in symphor. supplic. tom. 2. part. 1. vol 6. n. 35.

Et ut Judex (2.) tanto rectiùs veritatem inquirere & investigare valeat; cum autem veritas non consistat in verbis scripturarum, sed in eorum sententia, non in superficie, sed in

medulla, non in foliis, ſed in radice rationis, meritò inveſtiganda, & media oportuna admittenda ſunt, ut trutinando tandem eruatur.

Iuxta l. 2. & l. non eſt nov. C. de edend. l. 18. §. 26. ff. de mun. l. legavi ff. de lib. legat. Hippol. de Marſil. Conſil. 18. num. 46.

Item ut (3.) humanitatis & æquitatis legi ſatisfiat.

Ludovic. Roman. d. l. 2. C. de edend.

Et ut (4.) æqualitatis ratione à judice ſervatam eſſe in noteſcat.

Godofred. in d. l. 2. num. 5. C. de edend.

Et (5) ut judicis conſcientiæ, quam habere debet ex actis & probatis, eo magis conſuletur

Paris. de Put in tract. de ſyndicatu in verb. condemnatio verſ. an poteſtas. nu. 13 p. m. 286.

Ut (6) pœna judicis perperam vel malè judicantis, aut actio in ſyndicatu evitetur.

Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. conſtante

stante num. 14. p. m. 39. & §. secunda num 6. p. m. 343.

Deniq; (7) ut ordinis præpostera tio, fraudis præsumptionem & sententiæ nullitatem inducens, fugiatur: denegata enim copia indiciorum, inquisitio ipso Jure nulla & invalida est.

teste Gilmann. in symphor. supplicat. tom. 2. part. 1. vot 6 num. 35.

Plus enim inficit in justitia ex ordine, quam ex causa, prima namque sententiam nullam reddit, secunda non.

ait vant. ex Panormit. de nullitat. sentent. ex def. proces. num. 1. & seqq. Hippol de Marsil. in pract. crim. §. secunda num. 68. p. m. 366.

Licet igitur hanc opinionem, indiciorum nimirum copiam Reo petenti, ad faciendum suas defensiones, dãdam, eamq; à judice insequendam, nec ab ea, utpote usu receptam, & constitutione Carolina approbatam, temerè recedendum, & judicem quẽlibet ad dicta Imp. Theodosij, Ho-

norio filio præcipientis, remittendũ eſſe arbitrer, dum ait: Sis pius in primis: nam cum vincamur in omni munere ſola Deos æquat clementia nobis. Aſperitas enim ſeu ſeveritas apud quemlibet prudentem damnatur; Et quod tibi fieri non velles, alteri nõ facias. Sis enim memor quod homo eſt creatura Dei, non autem hominis: Et mentiquoq; habeas, quod omnis homo mendax, & quod ſepties in die cadit juſtus, & ſatis melius eſt, peccare in pietate quàm in ſeveritate.

Tamen hic animadvertendum puto; An Reus ſimpliciter indiciorum copiam petat, dicendo indicia eſſe falſa; An verò rationes delicti excluſivas alleget: priori caſu indicia minimè communicanda eſſe arbitror, magis enim rei videretur calũnia, & animus differendi quam defendendi: poſteriori verò caſu aliud ſtatuendum videretur. Quod tamen

rud

dii Minervâ non ita intelligi volo, quaſi in crimine veneficij, cujus levia vel certe nulla remanent veſtigia, & ob id difficilis ejus eſt probatio, in ſcriptis, antequam Reus reſponderit indiciis, forent cõmunicanda. Quam primum enim Reus indiciis reſponderit, copiam minime denegandam eſſe arbitror, licet non ſim inſcius, de ſtylo & obſervantia contrarium in pleriſq; judiciis, verum peſſime, fuiſſe obſervatum, atq; ita ſtylũ & uſum longævum prolege, ad evitandum nullitatis vitium, hactenꝰ allegatum fuiſſe. Quæ enim de facto ſervantur nullitatis vitium non attendunt.

ut ait Dec. in l. ſi avia. C. de ſucceſſ. edict. Cravett. Conſil. 136. n. 8. & 9.

Hæc de Indiciorum copia reis communicanda dicta ſufficiant, modo videamus, ſi indicia negentur à reo, quid judici faciendũ incumbat; Cum autem ipſa Carolina conſtitutio. d. art. 47 Judici viam monſtret, ſcilicet

ut reum interroget, quâ ratione de innocentia sua judicem docere, & indicia erga se orta contrariis indiciis elidi queat; operæ pretium me facturum arbitror, si de probatione Indiciorum & Reorum innocentia aliqua præmittam: Cum autem indi-
15 cia sint diversa, PROPINQUA nimirum, vel REMOTA: Propinqua quæ delicto quam proximè accedunt & veritatem rei respiciunt.

Nocol. Reusn. lib. 3. Consil. 16. n. 22.

Remota vero quæ quam longissimè à delicto dissident. Illorum quoque probationem nõ unam sed diversam
16 esse sequetur. Si igitur suspiciones & indicia, quæ contra inquisitum habentur delicto quam proximè accedunt, neque sint de circumstantiis à delicto commisso longè dissitis & remotis, ut potè si venefica fateatur, se artem veneficam alios docuisse, potest judex bonus & justus iis commoveri, ut ad quæstionem decurrat.

teste

teste Ernesto Cothman. vol. 1. Consil. 12. num. 96.

Horum enim indiciorum propinquorum proprium est ut per unicũ duntaxat testem, omni tamen exceptione majorem, qualis est, qui nulla exceptione à testimonio rejici potest, probentur. 17

uti testantur Dd. communiter in l. admonendi 31. ff. de jurejur. & probetur ipsa constit. Crim. Car. 5. art. 23 vers. Aber so die Häupt Sach der Miſſethat *item art. 30. præd. ordin. gloss. in l. maritus 20. ff de quæst. Iul. Clar in pract. crim. lib. 5. § fin. quæst. 22. num. 2. vers. breviter tu dic. ubi testatur de communi. & num. 3. Fransc. Vivius lib. 3. opin. comm. opin 941. num. 3. 4. 5. 6. & seq. ubi similiter testatur de communi. Anton. Gabriel lib. 1. de testib. conclus. 1. num. 71. & seq.*

Quod in judiciis à delicto remotis secus esse ipsa constitutio Carolina d. art. luculẽter probat, dum perhibet; 18

Das eine jede genugsame Anzeigung/darauff man peinlich fragen mag/ sol mit zweyen guten Zeugē bewiesen werden/ *cui consonat. art. 30. d. Const. Car. vers.* Aber so einer: *Atque ita statuunt Accurs. in l. ult. in verb. indicijs. C. fam. herciſc. Iacob. Menoch. lib. 1. de præſumpt. quæſt. 89. num. & alij, quos allegat. Ioſeph. Maſchard. Vol. 2. de probat. concluſ. 894. nnm. 1. & 2.*

19 Ex quibus conſtat probationes Indiciorum propinquorum & remotorum, quod ipſos teſtes, qui ad teſtimonium perhibendum vocantur, inter ſe differre. Ex quo ſtatuit Imperat, Carol. ut indicium PROPINQUUM ipſiq; maleficio quam proximum & immediatum unico teſte Probari queat, ſitq; is teſtis non tantum idoneus, ein guter Zeuge/ ſed etiam omni exceptione major, ein guter vnd Tugendlicher Zeuge. Cum vero agitur de probando indicio REMOTO

moto ſufficere, ſi ſint teſtes idonei, gute Zeugere licet non omni exceptione majores, hoc eſt, tugentliche Zeugere.

Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. diligenter num. 7. p. m. 127. ubi ex Socin. Conſil. 54. Vol. 5. obſervandum monet.

Quod licet, quando teſtis deponit de veritate facti, debeat eſſe omni exceptione major: tamen, quando requiruntur duo teſtes ad probandum indicium remotum à maleficio, non requiri quod ſint omni exceptione majores, cum etiam tali caſu admittantur infames.

quod declarat. Ioſeph. Maſchard. d. concl. 894. num. 15. proſper. Farin. in pract. crim. tit 5 quæſt. 37 n. 18.

An autem unum Indicium propinquum & maximè urgens ſufficiat quæſtioni decernendæ, ſunt qui ita exiſtimant. 20

inter quos Bart. in fin. n. 6. de quæſt.

Ale-

Alexand. conſil. 77. num. 11. lib. 1. Cravet. conſil. 35. num. 18. Vol. 1.

Sunt etiam qui rem judicis arbitrio committunt: Hi nihil certi definiunt in quo acquieſcere poſſem, illos etiam non ſatis tutò ſequor: Imò leges noſtræ, quantumvis de argumentis indiciis & ſuſpicionibus ſæpiſſimè tractent, tamen nullæ earum in numero ſingulari, ſed ſemper in plurali loquuntur; atq; ita à vi numeri argumentum haud invalidum, ſed ferme ſufficiens duci poſſet: Si enim pluralis locutio non verificatur in uno, ſequetur plura indicia quæſtioni decernendæ eſſe neceſſaria: At verum prius.

per text. notab. in l. fin ff. ad Trebell. propoſitio enim concepta in plurali, requirit concurſum duorum, nec eſt minori numero contenta. l. ubi numerus. ff de teſtib. c. pluralis de reg. jur. in 6.

Ergo & poſterius. Licet enim argumentum & indicium ita vehemens, cer-

certum & violentum eſſet, ut ſemiplenæ probationis vim habere, adq; torturam ſufficere poſſet.

juxta ea quæ tradit Cyn. in l. fin. num. 2. in fin. & num. 3. C. de quæſt. Alexand. conſil. 89. num. 6. lib 3.

Attamen tutiorem verioremq; illorum arbitror ſententiam qui duo ad minimum propinqua indicia requirunt. Nam ſententia de tortura infligenda, non tantum irreparabile damnum continet.

juxta l. 2. de appellat. recipiend. Robert. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 12. limit. 1. num. 100. & ſeqq. p. m. 252

Sed & per ſe definitivè condemnatoria eſt, cum torturam infligat, quæ pœna atrociſſima eſt, & utriuſque manus abſciſſione major.

Novell. 134. cap. 13. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. expedita num. 59. Capic. deciſ. 126. num. 6.

Supremas enim anguſtias ſuſtinenti, po-

potius est mori quam vivere & dixit Bald. in repet. l. 1. in pen. col. C. unde vi. quod cruciarus corporis æquiparetur morti: Jam verò constat, ubi de pœna corporali agitur probationem requiri firmiorem & sufficientem, imò luce meridiana clariorem.

per l. fin. C de probat. & ea quæ tradit Hippol. de Marsil. Cons. 1. num. 24. & Consil. 20. num. 1. item Cons. 29. n. 7. & Consil. 31 n. 6. & consil. 88. nnm. 1. item Consil 50. num. 15.

21 Per consequens unum indicium etjamsi vehemens & violentum sit, ad condemnandum reum non sufficit. Sed utrum juncta cum aliis fidem faciant, videbimus: præmittendum autem hanc distinctionem arbitror: Aut enim tendunt indicia ad unum eundemq; finem, hoc est ad probandum delictum, de quo reus suspectus est; Aut tendunt ad finem diversum, hoc est ad separatorum delictorum, quæ invicem nullam habent communio-

mmunionem, probationem, Isto casu singularium testium testimonia, non quidem ad effectum puniendi, sed torquendi, conjungenda esse autumo; Quod si enim de probando delicto in genere ageretur, puta de Veneficio, & unus deponeret de veneno empto, alter de præparatione veneni, tertius de applicatione, quartus quod se ad docendum alios incantationes obtulerit, quintus quod alicui mala minatus fuerit, hîc quidem omnes defactis inter se diversis testimonium dicunt, sed quia ad unum eundemq; finem commodè referuntur, videlicet ad probandum Veneficium, tantum abest, ut singularitas testimonio noceat, ut etiam diversi hi actus optimè veneficium probēt: Et si enim testimonia de singulis factis singularis sint; Universaliter tamen de veneficio consentiunt: Talem autem probationem in occultis, in quibus nulla remanent vestigia, sufficere. *notat.*

notat. Speculat. in tit. de inquisit. §. 1. & Bald. in l. Actor. num. 5. C. de probat.

Omnia enim indicia tendunt ad probandum unum totum seu universale, quæ licet sint imperfecta, tamen conjunguntur. Hoc enim usuvenire solet, ut exformis sive speciebus genus, ex partibus totum, & ex effectis causa probetur; Etiamsi enim testes in speciebus, partibus, effectis singulares fuerint, nihilominꝰ tamen genus, totum, causa recte cõcluditur, imo pro singularibus non habentur, quod non omnino diversa sint, quæ sub idem genus subjiciuntur vel ex eadem causa oriuntur, quodque alterum ab altero juvetur, confirmetur & augeatur.

ut docet gloss. in l. ob carmen. ff. de testib.

Atq; ita locum sibi vendicat, vetus illud dicterium: ut quæ non prosint singula multa juvant, & quæstioni decernendæ sufficiunt. *prout*

prout sentiũt Albert. Gandin. in tract. maleficior. de præsumpt. & indic. num. 15. in fin. & num. 16. Bart. in l. fin. num. 5. ff de quæst. Salicet in l. fin. num. 7. C. eod. tit. Blanc. de inditijs num. 43. & 44. Francisc. Brun. de indiciis quæst. 2. primæ part. num. 5. Bartholom. Socin. consil. 54. num. 2. vol. 3. Raphael. Fulgos. in l. fin. C. famil. herciscund. Alexand. Consil. 24. num. 42.

Præsertim si testes sint notabiles, hoc est, bonæ existimationis, & auctoritatis magnæ,

Francisc. Brun. de loc. num. 6.

Plures enim imperfectas probationes, in delictis maximè occultis factiq; transeuntibus, ubi major solet esse penuria testium quam in aliis, ad plenam probationem faciendam cõjungendas esse scilicet ad dictum effectum torquendi non autem puniendi, Doctoribus conmmuniter placuit.

prout

prout eſt teſtis Anton. Gabriel. Roman de probat. lib. 1. commun. concluſionū, concluſ. 1. num. 23. & 27. Alexand. conſil. 77 in fin. Vol. 1.

Altero autem caſu, quando ſeparata delicta nullam invicem communionem habent, depoſitio ſive teſtimonium ad faciendum ſufficiens & perfectum indicium jungi non debet:

22. Quia nunquam junguntur ſimul plures ſpecies probationum ad probandum, niſi quando unaquæq; ſpecies de per ſe in eſſe ſuo eſt perfecta

ſecundum Bald. in l ſi quis ex argentariis. poſt. pr. ff. de edend. quem refert, & ſequitur Alexand. conſ. 355. Incip. Sentio in dubium revocari in 2. col. ubi ſubdit.

Quod ſi fama eſt plenè probata, poteſt jungi cum alia ſpecie probationis: ut puta cum uno teſte deponente, de veritate facti, qui facit ſemiplenam probationem; ſed ubi fama nō eſſet plene probata, non poſſet jungi cum alia ſpecie probationis.

Felin. in c. cum causam in pen. ult & ultim. col. de probat.

Quod intelligendum est; ut testes 23
singulares non probent, quoad plenam probationem, nam quoad indicium, una præsumptio juvat aliam.

ut patet per Bart. in l. fin. ff de quæst. & Ioh. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de præsumpt in §. species vers. violenta vide art. 27 Const. Crim. Carol.

Cum enim separatorum separata est 24
ratio, de uno ad aliud plenariè non infertur.

l. fin ubi Dd. ff. de calumniat. l. neq; natales 10. C. de probat. Everhard. à Middelburg. in top. legal. in loco à separatis.

Ideoq; nulla ratione effici potest, ut plures probationes imperfectæ, tendentes ad diversa, ita reducantur ad concordiam, ut ex iis perfectum indicium hujus vel illius delicti sumi queat; quia mille singularia indicia, per mille testes singulares probata

non

non nisi pro uno indicio haberi pos-
25 sunt; quia tantum probant mille te-
stes singulares, quantum unus.

Hippol. de Marsil. in pract. crimin. §. diligenter num. 15. p. m. 130. Ernest. Cothm. Vol 1. respons. 12. num. 119.

26 Non enim numerandi sed poderandi sunt testes; proinde judicis arbitrio committendum, An & quatenus testibus cupidis, iratis, conjuratis, singularibus, contrariis & à religione remotis credendum fuerit: Ad judicis enim officiũ spectat, dicta testium diligenter ponderare, personas comparare, quanta authoritate, quanta fide, quantaque religione quisq; dixerit, accurate perpendere. Quod si enim singularitas ex diversitate loci vel temporis oriatur, cõsiderandum est, num tempus & locus sint de substantia rei de qua agitur, quo casu ex loci ex temporis varietate fides testimonij vacillat; Quia unumquodq; factum loco & tempore concludatur

necesse

necesse est. Cum autem testes in uno eodemq; facto variè & diverso modo de tempore & loco dicunt, testimonium per se corruit. Quod enim semel factum dicitur, quodq; continuum vel redeuntem, aut similem actum, ad eundem finem tendẽtem non habet, non potuit diversis temporibus, uno & eodem loco, vel diversis locis, uno eodemq; tempore fieri. Sin vero tempus & locus ad substantiam actus, vel ejus rei, de qua agitur, non pertinent, singularitas temporis & loci testimonium non infirmat.

ut rectè docet Speculat. in §. jam de interrogatorijs vers. & breviter scias sub tit de testib.

Substantiam autem hic, non, Dialecticorum more rem quæ proprium habet esse, sed crasso modo voco, quatenus locus & tempus omnibus rebus finitis ita connexa & conjuncta sunt, ut separari ab iis nequeant:

Summatim igitur hic concludendū: ut dicatur; singularitatem quandoque in tempore & loco, quandoq; in facto versari: Si in tempore & loco, non obesse, si tempus aut locus non sint de substantia actus: Si in facto; similiter nō officere, nisi facta interse planè diversa sint, & ad unum eundē,
28 que finem referri non possint. Unicum adhuc circa indiciorum materiam residet dubium: An nimirum ex incantatione Cabalistica, aut alia aliqua superstitiosa, adversus inquisitum firmum indicium sumi queat? Et licet Hippol. in pract. crim. §. diligenter n. 181. casu quo maleficium aliter probari nequeat, ex tali indicium sumi posse statuat, si nimirum animus, quicquid ore proferatur, à Deo non recedat, cum quandoque permittatur, quod maleficium per aliud maleficium tollatur, licitumq; sit aliquando de aqua turbida bibere, ubi fluminis stagnantis aquæ deficiat;

omnesq;

omnesq; medicinæ ſumantur non ratione delectationis, cum ſint aridæ, ſed ſolum ſanitatis recuperandæ, retinendæ vel conſervandę gratia, ſicut arte & natura manifeſtum eſt; Et perſæpe vulnus vulneri addatur, ut utrumq; curetur: Ex quibus infert, licet cabaliſtica illa magia ſit reprobata, tamen ubi ex delicto magnum imminere t ſcandalum, nec forte Deo & hominibus illius animadverſio reprehenſibilis videretur, ex tali divinatione Indicium ad inquirendum, non vero ad torquendum, ſumi poſſe: Verum ego negativæ adhærere pronior ſum: Cum enim Hippolitus hic committat Elenchum cauſæ, ex quo talis aruſpex aut incantator, ſine animi deflectione & Idololatria, talem incantationem vel cabulæ judicium ſuſcipere, quanto minus perficere nequit, ſed facto ſuo, quo animum & intentionem prodit, totus à Deo & verbo eius revelato re-

recedit deflectitq;. Non igitur eſt quod ex facto, animæ & intentioni piæ contrario, imo ex cauſa vitiata, ulla cathegoria necti queat. Non enim ſunt facienda mala, ut eveniant bona. Ideoq; talibus indiciis, ex debili & plus quam damnato fundamento ortis, fides veri adhibenda non eſt.

juxta l. item apud Labeonem §. ſi quis Aſtrologus ubi Angel. ff. de injur. & l. verum C. de infam. l. nemo. C. de maleſic. & mathem.

CONCLVSIO VI.

ADverſus Indicia ritè rectèq; probata, Inquiſito vel Accuſato ex jure naturæ legitima competit DEFENSIO: Cum enim naturalis ſit vivendi dulcedo, unicuiq; per fas nefaſq; ſe tueri, nec Papæ vel Imperatori huic derogare integrum erit:

erit: Defensio autem vel testibus, vel præsumptionibus aut Juramento fieri potest.

Summaria.

1. *Vnicuiq; licitum est qualitercunque sanguinem suum redimere.*
2. *Defendere sese quisq; ex præordinata charitate tenetur, alioquin peccaretur ab eo, ac si vim sibi ipsi intulisset.*
3. *Defensio est juris naturæ.*
4. *Ius naturale est immutabile.*
5. *Ad defensionem formandam, modo crimen non sit notorium, competens dandus est terminus.*
6. *Defensio tolli nequit.*
7. *A tortura in criminalibus non est inchoandum.*
8. *Prius causæ suspicionum, ut & præsumptionum, pro Innocentia militantium, sunt investiganda.*

9. *Quilibet præſumitur bonus.*

10. *Præſumptio præſumptionem tollit.*

11. *Innocentia, etiam poſt concluſionem, probari poteſt.*

12. *Innocentia hunc habet favorem, ut poſſit probari teſtibus minus idoneis.*

13. *Ad probationem Innocentiæ quilibet admittitur.*

14. *Ad reprobandam Innocentiam teſtes inhabiles non admittuntur.*

15. *Probatur innocentia etiam præſumptionibus & conjecturis.*

16. *Probatur & Iuramento.*

17. *Quando indicia ad torturam non ſufficiunt, Iuramento locus eſt.*

18. *Quod ſecus eſt in ſuſpectis.*

19. *Non eſt alicui per juramentum injungendum illud, quod veroſimiliter non eſt obſervaturus.*

20. *Lamiæ de perjurio ſemper ſunt ſuſpectæ.*

21. Non

21. *Non Entium nullæ sunt qualitates.*
22. *Iuramentum per novas probationes super venientes non retractatur.*
23. *An Lamiæ probatione aquæ frigidæ à suspicione veneficij liberentur?*
24. *Canonica purgatio quæ dicatur?*
25. *Vulgaris purgatio quæ?*
26. *Purgationes hæ nihil habent humanitatis, sed Diabolico æstu adinventæ.*
27. *Erubescimus absq; lege loqui.*
28. *Probationes in criminalibus debent per necesse concludere.*
29. *Non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.*
30. *Miracula divina nunquam fallunt, sed sunt semper vera.*
31. *Veritas est mater Iustitiæ.*
32. *Id demum posse dicimur, quod honeste possumus.*
33. *Indicia æquè insufficientia alijs minus sufficientibus jungi posse nonnulli opinantur.*

34. *Abundans cautela non nocet.*

35. *An per confeſſionem validentur indicia?*

36. *Confeſſus dicitur convictus.*

37. *Vt valeat inquiſitio vel condemnatio delictum erit liquidandum.*

38. *Invalida non ſunt in conſideratione.*

39. *Inepta exceptio non venit appellatione exceptionis.*

1 IGnoſcendum namque cenſuerunt ei, qui ſanguinē ſuum qualitercunque redemptum voluit.

Iuxta l. 1. ff. de his qui ant. ſent. mort. ſibi conſciv. vel accuſ. corrupit.

2 Cum enim ex præordinata charitate ad juſtam noſtri corporis defenſionē teneamur, ne nobis ipſis injurij videamur.

arg. l. præſes provinciæ C. de ſervit. & aqua Franciſc. Zoanet. part. 1. defenſ. tripart. num. 3.

Conſequens erit, niſi corpus noſtrū tue-

tueremur, cum possemus, peccari à nobis perinde ac si nobis ipsis vim intulissemus, atque adeò in corpus proprium, jus publicum violando, delinqueremus.

per text in l. eum qui nocentem §. si injuria ff. de injur.

Cum autem omni generi animantium à natura tributum sit, ut se, vitam corpusque tueatur, declinetq; ea quæ nocitura videntur, defensionem (à natura monstratam) Juris naturæ esse merito adsevero.

Cit. lib. 2. officior l. 1. §. com arietes. ff si quadrup. paup fec. dic. l. 1. §. vim. vi. 27. ff. de vi & vi armat. l. 3. ff. de Iust. & Iur. l. defensionis facultas C. de Iur. fisc. clem. pastoralis & caterum de sentent. & execut. rei Iudicat c. jus naturale dist. 1.

Naturaliter enim non homo rantum sed & cætera animantia sunt prona, cum ad sui generis, tum ad propriæ vitæ conservationem: Ita æquè dici-

mus, inquit Bald, in d.l, 2. juſtam in lite defenſionem Juris eſſe naturalis, præſertim ubi de ſanguine & corpore humano, ad effigiem Dei formato,
4 agitur. Jam vero ex jure certum, jus naturale (quatenus ex mera ratione naturali profectum, ut eſt vindicta ſeu defenſio ſui, item obſervantia Parentibus Patriæ, & Magiſtratui debita, non quatenus ex neceſſitate & utilitate humana introductum) eſſe immutabile.

§. penult. Inſt. de Iur. nat. gent. & civil. §. ult inſt. de legit. agnat. tut.

Ad præcavendum igitur Juris nat. immutationem neceſſum eſt, ut ad parandam defenſionem cuilibet, in flagranti & notorio, crimine non re-
5 perto, Reo concedatur congruus terminus, contra notorium enim & præſens crimen defenſioni juſte locus eſſe non poteſt, meritò itaq; nec dilatio danda.

l. 3. §. ſi ad diem ff. de re milit. arg. ille

aut

ext ille §. cum in verbis ff. de legat. 3. l. continuus §. cum ita in fin. ff. de verb. obligat.

Ex quibus clarum evadit; Defensionem, ex quo juris est naturæ, ne à Papa, vel Principe, nedum alio aliquo Magistratu, tolli posse. 6

d § sed naturalia Inst de Iur. nat. gent. & civ Hipp. de Marsil. in pract. crim. § quoniam n. 76. & 77. & § ultima n. 19. & 22. Nicol. Reusn. lib. 2. decis. 10 num. 10.

Ideoq; Judici à quæstionibus initiũ non est sumendum. 7

juxta l. 1. in princip ff de quæst. ubi Hippol & l. 1. C. de execut. rei Iudic. Wesenbec. in paratit. ff. de quæst. num. 7. & 11.

Et sic primò debet præcedere denunciatio, accusatio, vel inquisitio, ut certò constet delictum esse patratũ: Deinde, ut de eo Reus inspectus sit, & possit se defendere, suaq; Jura allegare & deducere; alias fieret sibi in- 8

juria & injustitia, quia procedere cõtra aliquem, juris ordine non servato, est jus suum auferre.

secund. Bald. in c. 1. §. ceu utrum in 5. col. de pac. juram firmand. in usib. feud. Hipp. de Marsil. Cons. 27. num. 19. & 20. Iohan. Zanger. de q. & tort. reorũ in proem. n. 13.

Imò probatis vel confessis indiciis ad torturam festinare non debet, nisi prius causam, ex qua talis conjecturandi vel confitendi occasio orta, investigare, deinde de innocentia Rei, quasve præsumptiones delicti exclusivas pro se habeat, quærere allaboraverit.

prout in specie requirit const. Carol. 5. art. 28. & 54.

9 Cum autem quilibet præsumatur ab initio, & à natura bonus, & sic vitio carere, cum bonus dici nequeat qui vitiosus est.

per l. cum probatio ff. de probat. l. 1. ff. de edilit. edict. l. absentem ff. de pœn. l.

qui

qui accuſare 4. C. de edend. Alciat. in tract. præſ. reg 3. præſ. 4. n. 2.

Videtur dicendum per præſumptam hanc innatam quaſi bonitatem, ſiniſtram aliquam maleficij præſumptionem eliſam fore. Et licet Ariſtot. lib. 2. Ethic. cap. 2. innatæ huic bonitati obicem moveat; Ex quo neque natura, neque præter naturam virtutes in nobis effici, ſed idoneos quidem ad eas ſuſcipiendas eſſe ajat: Et apertius lib. eod. cap. 5. bonos vel malos nos natura non eſſe dicat: Aliique à natura omnem ætatem, juxta illud Gen. 8. malam eſſe ſtatuant: Attamen reſponderi poſſet, ipſam naturã ab ipſo Deo, qui eſt natura naturans creatam: Deum autem valde bonum eſſe, unde concludi poſſet: ut, qualia ſint principia, talia quoq; ſint principiata: ſiquidem cuncta, ut probat textus Gen. 1. in fin. quæ creavit Deus erant valdè bona. Et ſic naturam bonam eſſe à ſuis principiis loc. Ariſt

præsumptioni inductæ nihil derogare. Nam duæ sunt virtutũ species: aliquæ naturales, quæ impropriè virtutes appellantur, aliquæ vero virtutes ita propriè dictæ, quæ opera & diligentia nostra acquiruntur.

uti declarat Donat. Acciajol fidelis interpres Aristotelis Ethic. lib 5. c. 16.

De virtutibus naturalibus, h.e. animi bonitate, nostra est quæstio: de virtutibus quæsitis loquitur Aristoteles. Deinde licet per lapsum primorum nostrorum parentum bonitatem nostram, de qua Gen. 8. amiserimus, & homo factus fuerit malus, non tamẽ effecit, quin ab ipsa natura homo creatus sit substantialiter bonus, licet illi bonitati accidentale aliquod accreverit impedimentum, quod tamẽ per mortem Servatoris nostri sublatum ut primævo statui innocentiæ & bonitatis verè dicamur restituti, atq; ita accidens rei substantiam non amplius immutet. Sed ut ad propositũ,

à quo

à quo digressus, revertar. Reum istis præsumptionibus, casu quo delictũ est in contrarium, minimè juvari posse arbitror, cum enim de delicto ita Judici suspectus, & per probationem indiciorum eo usque deventum, ut probationibus fere convictus fuerit, nihilq; supereſſe videatur, quam sola ejus confessio, non videtur huic soli præsumptioni, à bonitate naturæ sumptæ, stari posse. Licet enim illa præsumptio, quæ est pro Reo dicatur firmior & potentior illa quæ est pro Actore, præsertim cum sit fundata in ratione naturali,

prout refert Iacob. Menoch de Arbitr. Iud. Quæst. cas. 472. num. 15. & lib. 1. de præs. quæst. 29. num. 11. & lib. 2. præs. 90.

Attamen istis, præsumptione contraria à facto deducta (quæ firmior ac potentior est ea quæ à non facto sumtur) firmiter detrahitur.

prout docet Menoch. d. lib. 1. quæst. 29. n. 17.

Juris

Juris enim eſt expediti: Unam præ-
10 ſumptionem & quidem validiorem, perimere aliam, & quidem debiliorem.

ut clare probat text. l. Divus ff. de in integr. reſtitut. ibiq; gloſs. in verb. Exiſtimari l. non ſolum ff. de rit. nupt. Menoch. de præſ. lib. 1. quaſt. 30. in princip.

Quemadmodum enim unum indicium tollit aliud, unaq; conjectura aliam, ſic præſumptio præſumptionem.

c. accedens de crim. falſ. & ibi gloſ. c. tuam & ibi gloſſ. de ſponſalib. Bald. Conſil. 302. incip. proponitur ante fin. vol. 2. Fulgoſ. Conſ. 173. Hipp. de Marſil. Conſil. 109 num. 28. 29. & 30. part. 2.

Ut igitur Reo aliquando ſubveniatur, alio modo de illius innocentia, cujus vis adeo magna eſt, ut multa illius cauſa ſancita fuerint, inquiren-
11 dum arbitror: Ut autem innocen-

tia

tia detegatur, ſemper, etiam poſt cõ-cluſionem in cauſa, probationes ad-mittendæ ſunt.

ut probat text. clarus in l. defendantur ff. de pœn. Iac. Menoch. lib. 5. præſ. 48.

Probatur autem Rei innocentia non minus teſtibus quam præſumptioni-bus ac Juramento: Teſtibus proba-tur in criminibus etiam nefandis & exceptis: Innocentia enim hunc ha-bet favorem ut poſſit probari teſtib9 domeſticis ſanguine conjunctis, fa-miliaribus, aliiſque minus idoneis & inhabilibus.

c. tam literis & c. veniens de teſtibus l. 1. §. quæſtionem ff. de quæſt. & ibid. Hippol. de Marſil. num. 26. Item in pract. crim. §. oportune n. 15. p. m. 302. Ioſeph. Maſchard. de probat. vol. 2. Concl. 905. Iohan. Zanger. de quæſt. ſeu tort. reorum. cap. 3. n. 24

Imò Jura adeò favent innocentiæ, quod quilibet admittatur ad probã-dam innocentiam accuſati vel inqui-ſiti, etiam abſentis & ignorantis.

prout dicit Paul de Castr Consil. 207. incip. super primo in ult. col. vers super quinto Hippol. de Marsil in l. unim §. cogniturum in 11. col ff. de quæst.

Nam quando apparet de innocentia Rei, tollitur seu annullatur ejus confessio quam fecit de delicto.

ita singulariter dicit Bald. Consil. 71. incip. tres sunt casus vol. 6. ubi allegat. l. creditor in § jussus C. de appellat. & l. fin. C de Error. Advocat. & Cyn. in l. 2. C. quor. app. non recip. Phil. Dec in l etsi nihil ff de reg Iur.

Quin imò tantus est innocentiæ favor, ut sufficiat ad exculpandum Reum dictum unius testis deponentis, vulnus non fuisse lethale, aut Reum eo tempore, quo delictum perpetratum dicitur, alibi fuisse.

Iohan. Zanger. d. loc. num. 24. circa fin. Ioseph. Maschard. d. conclus. 905. num. 10. & 17.

114 Quod tunc verum esse perhibet, cum hujusmodi testes inhabiles deponunt

munt ad probandam innocentiam, secus vero quando deponunt ad reprobationem testium deponentium de innocentia, quia tunc inhabiles non admittuntur.

juxta sententiam Baldi & Salicet in l parentes C. de testib. Gramm. cons. 12. n. 19. & Consil 34. n. 14. in criminal. ubi adducit rationem.

Quia cum materia sit odiosa, repelluntur meritò consanguinei & affines

Bart. in l. qui testamento §. 1. ff. de testam. idem tradidere Canon in c. cum oportet de Accusat & Alexand. Cons. 5. col. 3 post. n. 8 vers. inde dato lib 1.

Imò præter testium probationem innocentia potest probari præsumptionibus & conjecturis. 15

Boër. quæst. 165. n. 1. & 2. Alciat. in resp. 453. n. 5. Ioseph Maschar. d. concl. 905 n. 16. vol. 2. Hippol. de Marsi. in pract. crim. §. ultima n. 15. p. m. 484. Iohan. Zang. d. loc. n. 25.

Quan-

Quando enim Accusatus suâ se sponte Judici sistit, valida est conjectura innocentiæ.

prout confirmat locus Ciceron in orat. pro Milon.

Quod si inquit, non dum satis cernitis, cum res ipsa tam claris argumentis signisq; luceat, purâ mente atq; integram Milonem nullo scelere imbutum, nullo meru perterritum, nulla conscientia examinatum Romam revertisse, recordamini per Deos immortales, quæ fuerit celeritas, reditus ejus, qui ingressus in forum ardente curia, quæ magnitudo animi, qui vultus, quæ oratio. Neq; vero si populo solum, sed etiã Senatui tradit, neq; Senatui modò, sed etiam publicis præsidiis & armis: neque his tantum, verum etiam ejus potestati, cui Senatus totam rempublicam, omnem Italiæ pubem, cuncta populi Romani arma cõmisserat: cui se nunquam profectò tradidisset, nisi causæ confideret,

deret, præsertim omnia audienti, magna metuenti, multa suspicanti, nonnulla credenti: Magna vis est conscientiæ, Judices & magna in utram q; partem, ut neque timeant qui nihil commiserint, & pœnam semper ante oculos putent, qui peccarint, hæc ille, cum igitur nemo ita fatuus & insanus præsumatur, qui, si est nocens & verus Reus delicti, velit se privare libertate, & constituere se in carcerē, putans celare veritatem, quæ finaliter mori non potest. Judicio prudentum talis oblatio, innocētiæ haud leve erit signum.

prout adserit Hipp. de Marsil. in pract. crim. §. diligenter num. 204. pag. m. 207.

Amplius innocentiam Juramento Rei, quod purgationis vocant, probari posse Dd, passim tradunt per regulam. Quod in intellectu & conscientia nostra consistentia simplici adsertione nostra cum juramento rectè probentur. 16

ut

ut habet text. in c. cum in tua §. fin. qui matr. rectè incuſ. poſſ. text. in c. paſtoralis in fin. de except. text. in l. non omnes §. a barbaris ff. de re milit. gloſſ. ſing. & communiter approbata in c. ſignificaſti d. t. de homicid. in verb. ſiita Andr. Geil lib. 2. obſ. pract. obſerv. 48. n. 24. & obſervat. 105. n. 7. & obſervat. 106. num. 5. Hippol. de Marſ. d. §. diligenter n. 109. p. m. 168.

17 Quando enim indicia ad torturam nõ ſufficiunt, juramento locus erit.

atteſtante Iul. Clar. lib. 5 ſent. §. fin. queſt. 63. num. 4. Iohan. Zanger. d. loc. n. 26.

18 Niſi præſumptio juris ſit contra allegantem innocentiam, eamq; juramento probare volentem, vel alias ſit malæ vitæ, quia ei, contra quem eſt præſumptio, Juramentum non defertur. Quis enim dubitaret, eum, qui deliquit, famam vitamque redimendo, pro ſalute ſua non ſemel, ſed millies & centum millies pejeraturũ: niſi

nisi esset vitæ adeò sanctæ, ut mori potius, quam pejerare mallet, quales tamen ab aula recessisse credo. Et ideò cum tales præsumantur pejerare, vel susceptο perjurio crimen ante patratum negare, tale juramentum illis deferendum non est, Quia suspectæ personæ non debet juramentum deferri.

c. clericos de cohab. cleric. & est text. valdè notab. in c. ille qui hominem 22. q. 5. & in c. qui exigit ibi, sequens, ubi text dicit.

Illum, qui hominem provocat ad juorandum, & scit eum falsum juraturũ, vincere homicidam: quia homicida duntaxat corpus occidit, ille autem animam, imò duas animas, scilicet animam ejus quem ad Jurandum admittit & suam.

Felin. in c. Apostolicæ 2. col. vers. & prædictis de except.

Nam non est injungendum alicui per juramentum illud, quod verosi- 19

mile

mile sit eundem non observaturum.

arg. c. ita ergo & c. non est 22. q. 1. & c. ex tenore de sent. ex commun. Hipp. de Marsil in d. pract. cr. §. post quam n. 4. p. m. 68.

Proinde in crimine Veneficij sit cautus Judex ne juramento Lamiarum quicquam tribuat. Cum enim semper de perjurio sunt suspectæ, ex quo semel fines veritatis præsumantur transgrediisse, ulterius fidem non merentur; fides enim illorum valdè suspecta est.

arg. c. literas de præsumpt.

Juramentum igitur purgationis illis deferendum non est: Nam defertur eo fine ut conscientiam purgent, & suspiciones contra se ortas elidant, non vero ut conscientiam gravent, & suspiciones augeant

Ioachim a Beust. ad l. admonendi n. 145. ff de Iurejur.

Imputatione veneficij autem conscientiam ita inficiatam opinor, ut vix, imò

ſimò ne vix quidem, ſcintillula aliqua integritatis ſuper ſit. Non video igitur, quomodo conſcientia, quæ propter abnegationem creatoris non modo conraminata, ſed magis extincta, purgari queat? Cum non entium nullæ ſint qualitates, nullaque accidentia. 24

vulgata l. ejus qui §. quod ſi ſtipulatus ff. ſi cert. petat. & l. ſi ſervum §. 1. ff. de act. empt.

Cum enim juramentum hoc non retractetur per novas probationes ſupervenientes. 22

ut eſt communis Dd. opinio, referente Lanfranc. in l. admonendi 3. num. 28. cum ſeq. ff. de jurejur.

Dato enim Jurejurando, non aliud quæritur quam an juratum ſit.

l. 5. ff. de jurejurand.

Ideoq; pro juramento præſumetur, in tantum, ut abſolutio ſequi debeat, eaque inſecuta crimen abolitum eſſe cenſeatur.

Heig. part. 1. *quæst.* 40. *num.* 38. *Gödelm. d. tract lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 11.

Consequens esse videretur, crimen hoc veneficii, etiam non attentis novis indiciis superventis, ob præstitũ hoc juramentum, in Judicium & ad Inquisitionem haud fore revocandum, atque ita impunitum relinquendum.

contra l. ita vulneratus ff ad L. Aquil.

Quamvis nova indicia facilius in hoc quam in alio crimine, ob complicum multitudinem, quibus hoc genus hominum præ cæteris gaudet, emergi possent. Quocirca judicis circumspecti singularis industria adhibenda erit, ut cognoscat & exploret personarum qualitatem, antequam ad hoc probationis genus prosiliat,

argumento l. 3. *ibi, tu magis scire potes ff. de testib.*

Ne, dum occasionẽ per jurii præstet, fiat ejus criminis socius. Non enim, qui ignem apportat, unde conflatur in-

incendium alienus est ab incendio; aut qui gladium porrigit, quo committitur homicidium, alienus ab homicidio.

Alia sese hic haud contemnenda offert quæstio: Anne Lamiæ aquâ frigida, ad quam persæpe provocant, sese purgare, exindeq; suam innocentiam probare queant? 23

Antequam autem ad resolutionẽ hujus quæstionis progrediar, insequentia pro majori evidentia, facilioriq; intellectu præmittenda duxi; nimirum purgationem dividi in Juratoriam & Armaram, Juratoriam sive legitimam viciſſim in Canonicam & Vulgarem; Canonicam dici illam, quæ regulis Juris Canonici, à quibus collecta, consentanea est, & fit vel per Jusjurandum, vel Sacramenti Eucharistici sumptionem. 24

ut patet ex c. 4. 5. 6. 17. 23. & 26. cauſ. 2. q. 4.

Vulgaris dicitur illa, quæ nullo usu 25

legitimo, ſed vulgi quadam obſervatione ſuperſtitioſa fuit introducta.

c. 7. ibi; popularis inventionis cauſ. 2. quaſt 4.

Fiebatq; oblatẽdo fatalem chirothecam, qua ipſum ad monomachiam ſive duellum provocaverat: perſuaſum habens, veritatem, juſtitiam & innocentiam ſeipſum ab adverſarij injuſtitia protecturam; aut offerendo ferrum candens, vola manu comprimendo; aut ſuper ferro ignito nudis plantis incedendo; frigidæ ve aut ferventis aquæ contactum manib⁹ ſubeundo. Verum cum iſtiuſmodi purgationes nihil habeant humanitatis ſed tyrannico animo Diabolicoq; inſtinctu adinventæ & excogitatæ, ad Divinæ potentiæ tentamenta, & innocentium injuſtam condemnationem (cum contingat multos ſub injuſto clipeo perire.

ac ſignificantibus X. de purgat. vulgar.

Rectè vergant; Imo belluina potius

potius sit furia, quam humana insania, ex diffidentia omnipotentiæ Divinæ experimentum quærere.

c. ultim. extr. de purgat. vulgar.

Non temerè tam Jure Canonico quam Civili prohibitæ sunt & abolitæ, ne amplius iisdem utamur.

ut extr. de purgat. vulg. per tot. c. consuluisti & c. monomachiam & ibi gloss. c. 1. & 2. extr. de torneam l. unic. C. de gladiat. Iodoc. Damhod. in pract. crimin. cap. 42. & 43. Godelmann. d. tract. lib. 3. cap. 5. n. 26.

Fuit & alia, præter contactum aquæ frigidæ, proba, qua quis totus in aquam mergebatur, ac, si pessum iret, reus, si verò tertiò emergeret, innocens existimabatur.

prout docet Matth. de afflict. ad constitut. Neap. lib. 3. tit. 31.

Et licet hæc quoque proba antiquitus à Lotario Imp. in legib. Longobard. non minus ac in Imperio Rom, fuerit sublata, Jureque optimo Canones eam sustulere.

uti probat Martin. Del Rio in tract. disquisit. Magicar. lib. 4. cap. 4. quæst. 4. sect. 4. in fin. per c. Mennas 7. q. 2. c. consuluisti 20. cauſ. 2. q. 4.

Attamen in Magiæ crimine aliquis hæſit abuſus, Verum non talibus ritibus & exorciſmis ut olim, ſed abſq; ulla Divini nominis invocatione, ſine ullo ritu pietatis aliquid præferente, quaſi Judices quibusdam in locis per ludum, ad terrorem Veneficarũ quæ probam hanc pro infallibili innocentiæ argumento, perſuaſione (uti fatentur) Dæmoniaca, ſuſpicentur, hâc utantur. Et quamvis Canonici hanc probam, ut ſuis Canonibus adverſantem, planè adſpernentur, adeoq; hoc genus purgationis apud illos in uſu eſſe deſierit, attamen penes alios res maxime manet controverſa.

Et quamvis, quod admirandum magis quam culpandum, communiter concedant, probam hanc illicitam & im-

mperfectam, omniumq; Facultatũ Juridicatũ censura improbatam fore, nihilo tamẽ minùs à cõmuni illa Dd. opinione, ex præjudicata quadã præsumptione, litem suam faciendo, Judicando recedunt, atque ita, quæ ipsi improbant, temerè admittunt, & sic non quidem per imperitiam, quamvis Judex à communi opinione recedendo, per imperitiam Judicare præsumatur.

juxta tradita Gailij lib. 1. obs. 153. n. 5. & Ord. Cam. Imp. part. 1. tit. 13. §. 1. & 3. Godelm. d. lib. 3. c. 5. n. 27. & seqq.

Sed magis ex malignitate judicant, licet sciant; Illam opinionem quæ à pluribus, gravibus tamen & eruditis viris, approbatur, propriæq; intentioni convenit, insequendam, & quod Augustissimorum Imperatorũ sanctionibus sancitum non est, superstitiosa adinventione præsumendum non esse.

juxta 6. consuluisti 20. caus. 2. quæst. 4.

17 Erubescendum enim est absque lege loqui, quanto magis Judicando contra legem agere.

Novell. 18. cap. consideramus de trient. & semiss.

Atqui ferri candentis vel aquæ frigidæ aut ferventis examinatione confessionem à quolibet extorqueri, canones firmissimè prohibent.

ut patet ex d. c. Mennam 7. caus. 2. q. 4. c. 8. X. de purg. Canon. & d. c. consuluisti 20.

Ergo superstitiosa adinventione presumendum non est. Et licet hic aliquis instare posset, mentem Canonū de hoc veneficii crimine, utpote gravissimo, non esse, sed tantum loqui de purgatione levium criminum, in quibus talis purgatio prohiberetur: Attamen talia cunctando in cassum laboraret; cum satis expressa sit Canonum prohibitio. Nam qui dicit non licere uti proba aquæ frigidæ;

pro-

prohibet per talem probam purgationem cujuslibet criminis; Vis enim prohibitionis indefinitæ negativæ est universalis, ideoque præcepta negativa semper omnes ligant. Nam qui prohibet furari, is certè prohibet nihil furandum, nec gemmas, nec margaritas, nec aurum, nec argentum. Sic qui aqua frigidâ, experiri prohibet, is prohibet omni casu & crimine experiri; cum nullum sit crimen in quo non æquè prohibitionis ratio militet, quæ est Divinam tentate clementiam & ex diffidentia omnipotentiæ Divinæ experimentum quærere.

c. ult. X. de purgat. vulgar.

Deinde probationes, maximè in criminalibus, debent per necesse, & nõ per possibile concludere. 28

juxta text in l. non hoc C. unde legit. Dom. Card. Tuscus practicabil. Conclus. jur. Conclus. 765. vol. 6. num. 4. lit. P.

Quando enim probatio eſt dubia, & poteſt ſimul ſtare cum contrario ſuo, non relevat,

Alex. Conſil. 112. incip. viſo quodam num. 8. & ſeq. verſ. nec prædictis obſtat. lib. 6.

Et generale eſt, quæ, ubicunq; poſſibile eſt eſſe, & aliter ſe habere, nunquam ſtet in judicio quod eſt neceſſe.

Caſtrenſ. Conſil. 274. lib. 1.

29 Non enim probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.

d. l. non hoc. C. unde legit.

Alias ſi non concludit per neceſſe, fit interpretatio contra probare debentem.

Curt. Sen. Conſil. 18. col. 2. n. 2. verſ. igitur probatio.

Probatio autem per aquam frigidã, in ſe non continet probationem neceſſariam, ſemperq; veram, ſed magis tentatoriam, ex quo contra naturam eſſe dignoſcitur, ut omne grave, quod naturaliter deorſum tendit, ſurſum

sum levetur: sitque scriptum, Matth. 4. & Deuteron. 6. Non tentabis Dominum Deum tuum, sed magis inventa & fabricata ab humani generis hoste Dæmone, fallaciarum Principe.

Ioseph. Maschard in tract. de probat. vol. 1. quæst. 4. num. 9.

Ergo & ipsa probatio fallax, proindeq; ut in verisimilis & naturæ contraria, tanquam tota superstitiosa rejicienda, nec magis judicando insequenda.

Quod enim nec Canonicum, nec Legale, nec Miraculosum est, superstitiosum ut sit necesse est.

Atqui proba aquæ frigidæ, nec Canonica, nec Legalis, nec Miraculosa est: Quia nullius canonis aut legis sanctione suffulta, nec ullâ promissione Divinâ munita aut roborata est: Ergo nec miraculosa nam valdè periculosum est, miraculum ibi allegare, ubi nulla promissio.

Per consequens igitur superstitiosa, proindeq; illicita.

Miracula enim Divina nunquam
19 fallunt, sed sunt certissima & infallibilia, fiunt enim ad confirmationem veritatis. Proba autem per aquam frigidam quãdoq; fallit, ut aut submergãtur fontes, aut supernatẽt insontes.

quemadmodum ex Godelm. d. lib. 3. c. 5. n. 35, haud minus ac ipsa experientia, rerum omnium magistra luculenter constat.

Accidit enim aliquando hic Hervordiæ virum de Veneficio Inquisitum, cum duabus correis mulieribus ad aquæ gurgitem deductum, & in aquã conjectum prima vice submersum fuisse, quapropter ut insons, juxta propriam hujus probæ qualitatem, dimittendus existimabatur. Quam rem, postquam secum adductæ mulieres repertæ, protestando detestatæ fuere, annuentes, Idem quoque de se Judicium sumendum, nec plus

una

una vice in aquam conjiciendas fore, qua de causa Dn. Schabini sententia mutata, lotionem hanc, tam secunda quam tertia vice iterandam Carnifici demandarunt; Interea quid evenit? Ecce vir hic, qui innocentiam suam prima submersione (si proba vera) probavit, secunda & tertia vice supernatavit, quocirca carceri mancipat', & postquam de Veneficio convictus ad rogum maximo hominum comitatu deductus fuit.

Aliud ibidem, uti ex vera oculariorum testium relatione habeo, contigit exemplum. Vir quidam cum muliere aliqua ejus vicina, de veneficio alias suspecta, ad jurgia & concertationes privatas dilabitur, libidineque vindicandi veneficam illam esse diffamando jactitat, quam rem cum mulier ægrè tulisset, ad Dominos Schabinos provocat, eoque causam deducit, ut viro huic de convitii veritate docenda probationes injungantur.

tur. Vir ad probam aquæ frigidæ, utpote in Judicio hactenus frequentatam, tuto provocat, ſeſeque prius ad lavandum offert, quocirca itur ad gurgitem, quam rem, ut viro indignam, cum conjunx ejus male habebat, ajendo: **Es ſtehe einem Manne das Badt vbel an / man pflegt die Weiber vnd nicht die Kerls zu Baden /** propterea ſe in locum viri ſubrogari petiit, idque obtinuit.

Et licet ſpontanea illa oblatio firmiſſimum Innocentiæ Indicium præbeat; cum nemo ita fatuus & insanus præſumatur, qui, ſi eſt nocens & verus reus delicti, ſe libertate privare, tantiſq; ærumnis ſubjicere velit *Hippolit. de Marſil. Conſil.* 117. *n.* 49. Attamen proba hujus aquæ frigidæ, modo nomen alicujus probæ mereatur, in hoc exemplo contrarium cuilibet intuenti remonſtravit, nam poſtquam more ſolito dexter pollex ſiniſtro pedis digito, & viciſſim ſiniſter

ſter pollex dextero pedis digito, alligatus, & mulier in aquam projecta fuerat, mulier hæc vitæ & famæ aliâs integræ ſupernatat, nec vicibus iſtis tribus, quibus tam prona quam à tergo in aquã projecta fuit, ſubmergi potuit, quapropter cum ſua adverſaria, cujus fama ſatis contaminata, ſimiliterq; ſupernatavit, in carcerem detruſa. Poſtquam autem hæc mediante tortura convicta & ad rogum deducta, illa velut innocens rurſum dimiſſa fuit. Quæ exempla, uti notoria, cuilibet hujus probæ certitudinem remonſtrare poterunt. Verum inſtaret hic aliquis: exempla hæc eſſe de rariſſimis contingentibus, & quæ ἐκ παραλόγου accidunt, de quibus jura conſtitui non oportet, ſed magis, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖσον accidunt jura eſſe adaptanda.

Iuxta l. 3. ff de legib. Senatuſconſ. & long conſuet cum l. 4. & 6 eod.

Deinde quod Veneficæ ipſæ hanc pro-

probam, veluti firmam & satis tutã, arbitrentur, inque eam, ut hactenus Judicio frequentatam, & de stylo observatam, scientes & volentes consentiunt, ultrò citroque ad eam provocant; non igitur scientibus & consentientibus fit injuria, aut dolus.

juxta c. scienti 27. de Reg. Iur. in 6.

Verum respondendum ad primum. Verba legis non esse captanda, nec cavillanda, sed, qua mente dicta, cõsideranda.

l. ad exhibendum ff. ad exhibend. Hippol. de Marsil. Consil. 39 num. 6.

Jam vero certum est, leges supra nominatas & in contrarium allegatas, non loqui de factis legibus cõtrariis & imitando prohibitis, sed magis de talibus rebus aut factis, quæ tutò sequi & imitari possimus: In thesi vero loquimur de facto omni jure prohibito, cujus nulla debet esse imitatio, quoniam per hoc seducimur à via veritatis quæ est mater Justitiæ.

31

ut inquit Bald. in l. libertini ff. de stat. hom. Hipp. loco prox. relat. num. 9.

Ad secundum respondendum; probam hanc, bonis moribus esse contrariam, proindeq; ad eam convolare vel povocare plane illicitum fore, id enim posse dicimur, quod honestè possumus. 32

per text. notab. in c. fin § fin. de rescript. in 6. & in c. faciat homo 22. q. 2 gloss. in clem. sæpe in verb. poterit de verb. signific.

Nam quæ lædunt pietatem, & generaliter quę contra bonos mores fiunt nec facere nos posse credendum est,

text. elegans in l. filius qui fuit ff. de condit. instit. & in l. Nepos Proculo ff. verb. signific. Andr. Geil. lib. 2. observat. 56. num. 10.

Jam verò de Jure impossibile est, corporali injuriæ, quę aliquo modo carnem affligat, sese committere, aut ad probam veritatem & superstitiosam provocare.

Iohan.

Iohan. Schneidevvin. ad §. Actionum num. 26. & ſeq. Inſtit. de act. p. m. 1257.

Quo circa Judices, etſi vel maximè ad haſce mulierc ularum preces hanc probam admittant, ſe præcipitanter agere, imò mortaliter peccare ſciant. Quia eo modo ſe purgare, eſt tentare Deum, & ſic mortaliter peccare.

c. monomachiam cauſ. 2. quæſt. 4. & gloſſ ibid. text. in c. fin. de purgat. vulgar Petr. Heig. lib. 1. Illuſtr. quæſt. 39. num 6. Andr. Gail lib. 2. de Pac. Publ. c. 7. n. 24.

Monendi igitur ne in hanc vocem prorumpant. de qua

Iuvenal. ſat. 6.

Hoc volo ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.

item:

Vnde habeas quærit nemo ſed oportet habere.

Sed magis cogitent, ea ſe duntaxat poſſe, quæ ratio, ceu legis anima, perhibet.

Verum

Verum probam hanc ad roboranda indicia licitè adhiberi posse, à nõnullis Judicibus perhibetur; at falso: Aut enim indicia ad torturam sunt sufficientia; aut non sunt; illo casu ulteriori proba uti necesse non est cum poterit Judex absque vitio curiositatis ad condemnationem prosilire: Hoc vero casu, nec levia illa quæ adsunt, possint aliis illegitimis & levioribus roborari, aut dubium per æque dubium tolli, sed præstat reum forte innocentem absolvi, quam ex prohibitis condemnationem quærere. 33

teste Pontif. in d. cap. 20. caus. 2. quæst. 4 ad Rom. 3. v 8.

Et si certinstaret aliquis, abundantem cautelam nulli nocere.

Iuxta l. testamentum C. de testam. l. non solent ff. de Reg Iur. Andr. Gail. lib. 1 observ. 144. num. 3. & lib. 2. observ. 1. num. 2.

Imo quæ contra communem natu-

ræ

ræ cursum fiunt, suspicionis esse plenissima: attamen nihil quicquam relevaret, cum locum sibi vindicaret in actibus legitimè introductis, legitimeque corroborandis.

Cum autem proba aquæ frigidæ factum ipsum legitimari nequeat, ex quo per se non est legitima, ut supra satis remonstratum, non est quod in cautelam abundantem adhibeatur, aut siniſtra aliqua suspicio, ex actu siniſtro in alterius odium & detrimẽtum sumatur.

Quod enim invalidum est, in cautelam adhiberi nequit, ex eo enim nemini consuleretur, sed magis in labyrinthum incideret:

At proba aquæ frigidæ de Jure invalida est & nulla: Parta enim sunt de Jure omnino non esse, vel esse sed non legitimè.

Iuxta text. in l. quoties ff. qui satisd. cog. & l. de etate §. nihil interest ff. de interrog. act. Andr. Geil. lib. 1. obs. 21. num.

21. *num.* 12. *item obs.* 48. *n.* 3. *& obs.* 105. *num.* 13.

Ergo in abundantem cautelam adhiberi non potest. Ne igitur Judicium, quod utique ut sanctum sanctè administrandum, in scholam Magiæ degeneret.

uti ait Bodin. lib. 4. *de Dæmonomach. cap.* 3. *in fin.*

Caveant sibi Judices qui hâc probâ illicitâ uti velint, ne stimulis conscientiæ sese involvant, & Diabolo ipsi, qui hâc probâ Judices ad mortaliter peccandum allicit, gratificentur.

Verum an roboretur per subse- 35
quentem rei inculati confessionem, majus generat dubium; Cum enim confessio plus operetur, quam alia probationis species, siquidem in cõfessum nullæ sint partes Judicis, nisi in condemnando.

l. proinde ff. ad L. Aquil. l. si confessus ff. de custod. reorum l. qui sententiam C. de pœn. l. 1. *ff. de confess. l. unic. C. eod.*

Et

Et hoc procedat non tantum in Judicio ſeu proceſſu valido, ſed etiam ubi Judicium ſeu proceſſus eſſet invalidus; eo quod confeſſus ſuper proceſſu invalido debeat condemnari propter vim confeſſionis.

ſecund. Innocent. in c qualiter & quãdo & 2. de Accuſat. & in c. per inquiſitionem de elect.

36 Quia confeſſus dicitur convictus, cum nulla in toto mundo ſit major probatio, quam partis adverſæ confeſſio, utpote omnium probationum ſuperlativa,

per l. generaliter C. de non num. pecun. c. per tuas de probat. Bald. in l. cum mulier in 13 vol. verſ deinde quaro ff. ſolut. matrim.

In contrarium autem moveri poſſet, dictam confeſſionem fore nullam, & quæcunque in tali cauſa acta & facta, omninò nulla penituſque invalidaeſſe.

Ut enim contra reum, maximè tor-

torturæ destinandum, procedatur, ante omnia liquere debet, delictum, propter quod inquirendum vel torquendum, commissum esse, aliàs injustè procederetur.

per text. in l. 1. §. item illud 24. ff. ad SC. Syllan. ubi Bart & Ludovic. Roman. hoc videntur sentire & idem tenet Gandyn. in tract. suo maleficior. sub rubric. de præsumpt. & indic. indub. in 2. col. in versic. itē lex præsumet.

Ad hoc enim, ut quis possit torqueri 37
super aliquo delicto, oportet, ut præcedant indicia solemniter recepta.

ut habetur per omnes in l 1. in princ. per illum text. ff. de quæst. & in l. 1. & in l. milites C. eod. & late per Angel. de Aret in tract. suo maletic. in verb. fama publica Hippol de Marsil. ad l. 1. in princip. in 2. col ff. de quæst.

Atqui indicium aquæ frigidæ, postquam nec Canonicè nec Legaliter, proindeq; illegitimè & minùs solen-

niter

miter receptum, nullum & de nihilo eſt.

ut ſupra ad ſatietatem remonſtratum.

Ergo confeſſio & ratificatio inde ſecuta, quoque nulla & invalida eſt, per conſequens præjudicare nequit, Nam ex confeſſione invalida confitens non poteſt pati damnum.

ut ait Bald. in l. unic. in 8. col. C. de confeſſ.

Ideoq; non obſtant, quæ de confeſſione ſupra adducta fuerunt: cum locum ſibi vendicent, in confeſſionibus validis, & non ineptis.

Argum. l. 4. §. condemnatum ff. de re Iudicat. l. non putavit § non quæviſ ff. de bon. poſſ. cont. tab. l. rei capitalis §. fin ff. de pœn. l ſi pater C. ne de ſtat. defunct. l. 3. ff. de teſtam. tut, l. ad teſtium §. penult. ff. de teſtam.

38 Invalida enim non ſunt in conſideratione, & nullum producunt effectum.

l. pacta quæ contra C. de pact. l. contra

Iuris

Iuris regulas ff. eod. c. quæ contra de R. Iur. in 6. l. quoties ff. qui satisdar. cogant. Hippol. de Marsil. Cons. 38. num. 3. & Cons. 95. num. 5.

Et ideo stante statuto excipientem puniente, non habet locum in excipiente ineptè; Quia inepta exceptio non venit appellatione exceptionis. 39

pro quo videtur text. in l. 1. ne lic. potent. quem ad hoc allegat. Bald. in repetit. l. edita circa fin. C. de edend. Hippol. d. Consil. 38. n. 8.

CONCLVSIO VII.

VErum an in hoc excepto crimine veneficii, defensiones per Procuratorem proponi queant; Non est una omnium sententia. Ego illorum opinionem, qui, re adhuc integrâ, procuratoris interventum admittunt, ut veriorem ac mitiorem amplectendam esse autumo.

Summaria.

1. *Procurator in causa criminali frustra intervenit, non solum ad litem contestandam, verum etiam ad defendendum.*
2. *Imò etiam quoad pœnam relegationis.*
3. *Rationes adferuntur, num.* 4 5. 6. 7. 8. *&* 9.
10. *Contrariæ opinionis rationes, quoad defensorem intervenientem.*
11. *Defensio, quia Iuris naturæ, omnibus permissa.*
12. *Præsertim conjunctis.*
13. *Causa cognitio à Iure N. defendit; Ergo nemini adimenda, ne ab Imperatore quidem.*
14. *Publicè interest Innocentium causas defendi.*
15. *Iudex tenetur defensiones rei quærere,*

16. *Cui*

16. *Cui non denegatur defensio, ei nec media defensionis deneganda.*

37. *Quod datur per directum, hoc per indirectum non est auferendum.*

18. *Concesso principali omnia connexa simul concessa videntur.*

19. *Genuinus intellectus regulæ: Procuratorem in criminalibus non admitti.*

20. *Procurator ut interveniat, sibi in criminalibus cavebit, ne litis fiat dominus.*

21. *In delictis nemini subvenitur.*

22. *Reus personaliter in loco Iudicij examinandus.*

23. *Vt noxa caput sequitur, sic pœnæ suos tenent authores.*

24. *Sententia in reum ferenda. ne eludatur Iudicium.*

25. *Absentem damnare leges vetant.*

1 DUbitationem quidem primo facit, quod Jure Civili Procurator in cauſa criminali, pro Reo fruſtra interveniat, non ſolum ad litem conteſtandam, verum etiam ad defendendum, aut reſpondendum interrogationibus.

per text. in l. penult. §. ad crimen. & ibi poſt gloſſ. Bart. & Ant. Rub. alij interpretes ff. de public Iudic. & in l. 33. § publica ibiq; Paul. de Caſtr. num. 9. ff. de procurat. l. 20. cum ibi notat per Dd. & gloſſ C. eod. l. 2. cum 11. ſeqq. & l. 5. C. de his qui accuſar. Iacob. Menoch. de Arb. Iud. quæſt. lib. 1. quæſt. 80. per tot. Andr. Gail lib. 1. de P.C. 10.

Nam etſi ea cauſa ſit, ex qua pœna
2 uſque ad relegationem ſequi ſolet, non tamen cauſas per alium agi, ſed reum in auditorio adeſſe oportet.

ita expreſſe reſpondit Vlpian. in l. 1. ff. an per alium cauſ. appellat reddi poſſ. & facit text. gloſſ. & Dd. in c. veniens de accuſat. & in c. in criminali 5. quæſt 3. &

3. & c. absens 3. q. 9. & in c. si quando 2. quæst. 6. in quam sententiam nulla præjudicia sive res judicatæ in promptu sunt, sed magis ita pronunciatur, Das angebener Defensor hinführo mehr nicht zulässig / sondern Beklagter auff anderwertliche Citationē in der Person selbst Gerichtlich für zu kommen / vnd auff die wieder jhne erhobene Anklage sich einzulassen / vnd zu Antworten schuldig sey / von R. W.

Cujus sanè Juris non una sed multiplex adfertur ratio: tum (1.) quod Reus meliùs & tutiùs per se, quam per alium causam suam agere queat. 3

argumento §. ult. Institut. de vulgar. substitut. & l. præses 6. C. de servitut. & aqua.

Tum (2.) quod in caput solius Rei accusati, siquidem damnetur, sententia exequetur. 4

l. 1. in fin. ibique Dd. communiter ff. ad edict. Carbon. Bart. in d. §. ad crimen.

col. 1. ff. de public. Iudic. vide Proſper. Farinac. de var. ac diverſ. quæſt. q. 99.

Tum (3.) quod Procurator in crimi-
5 nalibus ſatiſdare, aut cavere, & ob id ſine ſatiſdatione pro reo rectè intervenire nequeat.

§. 2. & ultim. Inſtit. de ſatiſdat. l. unica C. eod. tit. l. qui proprio 46. §. qui alium & l. non videtur 53. ff. de procurat. Bart. & Dd. in l. 1. ff. de cuſt. & exhibit. reorum.

6 Tum (4.) quod Judex Reo præſente in delictum melius & accuratiùs inquirere, ac de tota cauſa rectiùs cognoſcere & judicare valeat.

l. ubi falſi 22. C. ad L. Cornel. de falſ. l. 16. C. de pœn. l. 1. & 2. & ibi. Dd. latè C. de cuſtod. reorum l. 3. §. tu magis ſcire ff. de teſtib. l. de minore 10. § plurimum quoq; ff. de quæſt. Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 10. num. 23. & ſeqq.

7 Præſentia enim accuſati multum habet momenti, ad hoc ut Judex ex vultu, adſpectu, qualitate perſonæ,

con-

conſtantia & trepidatione conſtantiam delinquentis obſervare poſſit, quæ Procuratore conſtituto obſervari nequeunt: unde illud ovid. 3. Metamorph.

Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu.

Et Iuvenal. ſatyr. 2.

——— *hunc ergo ſatis.*
Imputo, qui vultu morbum inceſſuq; fatetur.

Conſcientiam enim mille teſtes eſſe. *Quintil. lib. 5 orat. Inſtit. & Eraſm. in chiliad. refert. vide Teſſaur. deciſ. 24. & Purpur. inter Conſil. var. feud. Conſ. 53. n. 37. Borell. in ſumm. deciſ. tit. 66. n. 16. & 119. Andr. Gail lib. 1. de P. P. c. 10 n. 3.*

Tum (5.) ne detur materia delinquendi: quod fieret, ſi reus abſens per Procuratorem defenderetur: Non enim fieret contumax, & ſic nunquam haberetur pro confeſſo. 7

l. convenire ff. de pact. de tal. Ray in l.

reos & ibi. Bald in 8. column. in verſ. quæritur C. de accuſat. & idem tenet ibid. Salic. in 2. quæſt. Hippol. de Marſil in pract. crim. § ſequitur n. 27. p. m. 396.

Tum (6.) quod in delictis nemini ſubveniatur, aut conſilium, vel auxilium, ne minori quidem, præſtetur.

8 Fruſtra enim legis auxilium præſtolatur, qui in legem committit.

per l. ſi ex cauſa 9. §. nunc videndum l. auxilium 37. §. 1. verſ. & cum neq; in delictis ff. de minorib. l. unic. C. ſi adverſ. delict.

9 Tum (7.) quod etſi fidejuſſor ſeſe offerat, ad ſuſcipiendum in ſe judicium, exceptionibuſque Rei ſe uſurum promittat, minimè tamen illum fore admittendum, cum præſentia Rei neceſſariò requiratur, ne judicium reddatur eluſorium.

per l. 2. §. ſi quis in Iudicio verſ. cum enim & Iaſon. in l. 10. num. 2. & ibi Bart. & Dd. omnes ff. ſi quis caut. in

Iu-

Iudic. fiſt. cauſ. fact. non obtempera-ver. Speculat. in tit. de accuſat. n. 10. *Proſper. Fa in. in pract. crim. quaſt.* 34. *num.* 27. *Id quod frequenter Iudiciorum uſu & ſtylo obſervatur teſte Iulio Clar. lib.* 5. *ſentent.* §. *ult.* 9. 45. *& Anton. Gomez. lib.* 3. *de delict. cap.* 1. *num.* 14. *verſ. ſed certe hoc videtur dubium & Boß. in tit. An in criminali Iudicio pro alio quis intervenire poßit Weſ conſ.* 43. *n.* 167. *vol.* 1. *ulterius vide Andr. Fachin. lib.* 1. *controv. jur. c.* 25.

Verum contrariam opinionem, ut magis communem, in propoſito inſequendam, eamq; rationib⁹ firmiſſimis ſtabiliendam eſſe puto: Nimirum ut pro Reo accuſato, ſi non Procurator, at ſaltem Defenſor aut Inſtructor, ceu Advocatus, qui cauſam Rei agat, ipſum defendat, eundem inſtruat, conſilioq; Juvet, interveniat Hoc enim tam veri Procuratoris quam Advocati eſt proprium & quaſi peculiare. 10

ſecund.

ſecund. Iul. Clar. in d. §. ultim. quæſt. 32. num. 16 & Conſt. Crim. Car. V. art. 88. ubi diſerte ſancitum. Das Beklagten ſo wol als Klägern auff jr begehren ein Fürſprach auß dem Gericht erläubet werden ſolle.

11 Cum enim (1.) defenſio, prout concluſ. præced. num. 3. deductum, eſt juris naturæ, adeò ut ne beſtiis quidē, nedum homini, imò nec Diabolo ſit deneganga: Et Reo ſola defenſio propoſita, meritò ei apud omnes patere debet, ita ſcilicet ut non ſolum ipſe per ſe, ſed etiam per Defenſiorē

12 & Advocatum ſuas exceptiones ſeu defenſiones rectè proponere queat; maximè vero ſi perſonæ conjunctæ ſint, quas aditu ipſius prohibere nullatenus convenit; cum non ſolum perſonas conjunctas in judicio defēdere, ſed etiam illorum nomine liti ſeſe offerre poſſe.

ex l. 1. §. ult. ff. de poſtuland. l. 35. ff. de procurat. l. 3. §. ſed etſi. ff. Iudicat. ſolvi.

solvi. l. 5. §. hæc autem actio vers. vel qui affinitate ff. de his qui effud. vel dejec. c. si duo §. fin. de procurat. in 6. contrarium dicit Andr. Geil. lib. 1. de P. P. c. 10. n. 7.

Si enim (2) causæ cognitio à jure de- 18
scendit naturali, nemini adimenda: Atqui per defensionem causæ cognitio inducitur; Ideò ne à Principe quidem deneganda.

per l. 3. §. si ad diem ff. de re milit. l. defensionis facultas 7. C. de Iur. fisc. clem. pastoralis de re Iudicat. Bart. in l. 5. C. comminat. epistol. program. subscript. auct. rei Iudic. non hab. Alex. Consil. 11. num. 1. lib. 7. Cravet. Consil. 592 num. 28. & Consil. 657. num. 57. & Consil. 715. n. 5.

Publicè namq; (3.) interest innocen- 19
tiũ causas defendi. Satius est enim nocentẽ absolvi, quam innocentem cõdemnare. Et sic maxim⁹ favor militat pro eo, qui sanguinem suum qualicunq; ratione re dimere velit, ac pro-

pterea Advocati consilio opus habet, quo si reo carendum, non exigua suæ defensionis parte carebit; Quapropter non modo humanum, sed omnino necessarium erit Reo, Advocati consilium concedere, nec isto eundem ullo modo privare.

Bart. in d. §. ad crimen. num. 10. ibidemq; Andr. Barbat. Panorm. in c. veniens num. 20. Felin. in c. meminimus num. 15. de accusat. Iul. Clar. in d. §. ultim. quæst. 32. num. 16. per l. servum 33. §. publicè ff. de procurat. & l. absentem 5. ff. de pœn.

15 Inde fit (4) ut Judex ipse ex officio defensiones rei quærere, easque supplere, & quoquo modo, etiam irrequisitus, juvare teneatur:

per l. si non defendantur 19. ibiq; Bart. ff. de pœn. l. 1. ff. de quæst. Auth. qui semel C. quomod. & quand. Iudex. Panormit. in d. c. veniens num. 19. & 22. de accusat.

Perinde ut & aliás in his, quæ publi-

cam

eam cauſam concernunt, Judex ex officio ſupplere ſolet.

Panormit. in c. ſi. conſtiterit num. 15. de accuſat. per not in c. cum dilectus de appellat. Bart. Alex. & Dd. in l. 4. §. petitam de damn. infect.

Non igitur facultas defenſionis, cujuſmodi eſt Procuratoris vel Advocati copia, ullo modo Reo denegari oportet; ne, quod unâ manu detur, alterâ rurſus adimatur. Quod enim unâ viâ permittitur, alterâ prohiberi non debet. 16 17

c. cum quid unâ viâ de reg. Iur. in 6.

Conceſſo namq; principali, omnia ſimul, ſine quibus expediri nequit, conceſſa intelliguntur. 18

Iuxta l. 3. §. ſed ſi quid ibiq; Bald. ff. de negot geſt. l. inter ſocerum 26. §. cum inter ff. de pact. dotal. l. cum principalis 178. ff. de Reg. Iur. Panormit. in c. 1. verſ. præterea col. penult. de immunitat. Eccleſ.

Jam verò dubium non eſt, non ſolũ

in abſentia alleganda, ſed etiam in Innocentia Rei probanda, Procuratorem ſeu Defenſorem admitti.

per text. expreſſ. in l. ſervum quoq; 33. §. publice utile eſt 2. ff. de procurat. & defenſorib. ubi diſertè ſcriptum, etiam in capitalibus Iudiciis à quibuſcunq; reum defendi poſſe, adeoque æquum eſſe, QVEMVIS pro eo verba facientem, & innocentiam excuſantem audiri, videatur ulterius l. 3. C. de accuſat.

19 Proindeque non obſtant ſuperiùs in contrarium allata: Et (1.) regula illa juris civilis. Ex l. Accuſatore §. ad crimen ff. de public. Judic. deſumpta. Nam ut vel maximè hoc verum ſit, nihilo tamen minus ad allegandas excuſationes abſentium, aut Exceptiones dilatorias, tanquam procurator admittitur.

per d. §. ad crimen ibi, ſed excuſationes abſentium.

Et licet hic Gotofredus ad lit. A. In-

ſtet

ſtet, talia proponentem, non Procuratorem eſſe, cum litem non occupet, ſed magis Defenſorem eſſe: Tamen hoc nihil ſtringit, quoniam Procurator etiam Defenſor & vice verſa eſſe poſſet. Ideoque Inſtructor aut defenſor reo non denegatur, ſive is abſens ſive præſens ſit, qui pro eo, aut cum eo pariter compareat in Judicio, in quo ei patrocinari non prohibetur.

per d. l ſervum quoq; 33. §. publice l. non ſolum 39. §. 7. ff. de procurat. & defenſor. Bald. in d. §. ad crimen. col. 5. ibidemq; Albert. col. 1. & Imol. col. 9. Iulius Clar. in pract. crim. §. ultim. quæſt. 32. num. 8. Iacob. Menoch. lib. 1. de Arbit. Iud. Q. Caſ. 80. num. 46. cum plurib. aliis relat. per Gomez. lib. 3. reſolut. cap. 1. de delict. num. 14.

Verum cautio hæc eſt neceſſariò adhibenda, ne procurator fiat litis dominus; in hunc enim capitalis ſententia ferri non poteſt. 20

l. pro

l. procuratoribus 22. cum l. seq. C. de procurat. l. 1. C. de sentent. & inter loc. omn. Iudic. l. ult. C. de injur. gloss. & Dd. in l. nihil 20. ubi Bald. n. 6. C. de procurat. Felin. in d. c. meminimus num. 5. de Accusat. Socin. reg. 395. limit. 11. Menoch. d. cas. 80. num. 50.

Quanquam uterque Procurator scilicet & Dominus, certis quibusdam in casibus cũdem mari posse videatur.

Iuxta Clar. d. §. ult. quæst. 32. num. 16. & Menoch. d. cas. 80. num. 46. Bald. in l. 3. num. 21. C. de accusat.

Deinde non obstat: In delictis nemini succurrendum, nec materiam delinquendi dandam esse.

Nam hoc ipsum dextrè intellectũ, omninò ceu verum conceditur, præsertim iis in casibus, in quibus leges expresè loquuntur, nimirum in restitutione in integrum adversus delictum, in quo minorennitas non excusat, præsertim si delictum, non extra, sed ex animo sit, ut tunc malos

mino-

minorum mores, animi infirmitas non excuſet.

Iuxta l. unic. C ſi adverſ. delict.

Niſi tam ſit inbecillis, ut non ſit capax delicti, quo fit, ut ſi furtum fecit minor, vel damnum injuria dedit, aut aliud flagitium admiſit, quod ad publicam coërcitionem ſpectet, non ſubveniatur ei, neq; ob hoc reſtituatur in integrum, ſiquidem, ut ait Ulp. 21 placet in delictis non ſubveniri minoribus.

in d. l. ſi ex cauſa §. nunc videndum verſ. & placet cum ſeq. Paul lib. 1. ſententt. c. 9. §. 1.

Neque ulla ætatis eſt excuſatio adverſus præcepta legum ei, qui, dum leges invocat, contra eas committit.

d l. auxilium in fin. ff de minor Andr. Gail. lib. 1. obſervat. 146 num. 13.

Præterea non obſtat, quod de fidejuſſore, fruſtra ſe liti rei principalis offerente, allatum: Hoc enim ita intelligendum; non poſſe Procuratorem

rem pro reo litis dominum fieri, præſertim in criminali judicio, ſi forte capitis pœna aut alia, major relegatione, irroganda veniat, quibus caſibus Procurator pro reo, ad reſpondendum acculationi vel inquiſitioni,
22 intervenire nequit, cum reus perſonaliter in loco Judicii examinari ac per ſe reſpondere teneatur.

per ea quæ tradit Iul. Clar. d. quæſt. 32. in verſ. item quæro per text. d. §. ad crimen & d. §. publice Ang. Aretin. in tractat. de malefic. in verb. qui dominus Iudex n. 15 & Gandin. ibid. in rubric. de procurat. & defenſoribus num. 26.

23 Ut enim noxa caput ſequitur, & pœnæ ſuos tenent autores, ita nec alium pro alio vinciri, nedum capitis condemnari poſſe, ſummè æquum & veridicum eſt.

per §. omnis Inſt. de noxal. actionib. l. 1. C. eod. tit. l. ultim ff eod. l. 1. §. 14. ff. depoſit. l. ſancimus 22. C. de pœn. l. 2. C.

l. 2. C. ne fil. pro pat. & c. 2. de delict. puerorum.

Judicium enim eluditur, si sententia in aliũ quàm in Reum fertur. Quocirca in Procuratorem ferri non potest, cum in causa criminali non sit litis Dominus, quod secus est in civili, adeò ut à judice in eum sententia ferri queat. 24

Iuxta l. 2. C. de cust. reorum d. l. servum § publice l. si quis 31. ff de procurat l 22. & 23. C. eod. l. 1. & ibi Bart. B de sentent. & interlocut. omn. Iud. l 3. § fin ff. de negot. gestis.

Quod si enim Procurator in causa capitis reciperetur, ipse mortis periculum innocens subiret, & Reus nocens, fugæ sibi postea consulens, pœnæ se subtraheret, &, cum absens esset, vix amplius damnari posset: siquidem absentem damnare leges prohibent. 25

l. absentem 5. ff. de pœn. l. 1. in princ. ff. de requir. reis l. 6. C. de public. indic.

In

In perſonis tamen Illuſtribus ſpeciale eſt, ut per Procuratorem audiantur, ſive accuſent ſive accuſentur. Quod nonnulli etiam ad perſonas egregias extendunt.

Andr. Gail. lib. 1. de Pac. Publ. cap. 10. num. 12. Proſp. Farin de var. ac diverſ. conſt. quæſt. 99. num. 115.

Cum itaque Reus præſens eſt in Judicio, vel detinetur in carcere Advocatus vel Procurator, pro qualitate cauſæ, cujus conſilio, in ſe defendendo ac tuendo, uti queat, ipſi denegandus non eſt.

Proindeque non obſtant ſuperius pro negativa adducta fundamenta, loquuntur enim in caſibus ubi Reus eſt abſens, quo caſu Procurator admittendus non eſt, ne condemnetur innocens. Et hæc de hac quæſtione dicta ſufficiant.

CONCLVSIO IIX.

POstquam autem de veneficio Inquisitus vel accusatus INDICIIS ita oneratus, argumentisque convictus fuerit, ut nihil præter cõfessionem desideretur; quæritur, an ad Extorquendam ejus confessionem torturæ subjici possit? Et subjiciendum esse, modo veritas aliter haberi nequeat, intrepidè adseverandum autumo.

Summaria.

1. *Ad decernendam torturam sunt tria semper necessaria.*
2. *Primum requisitum est causæ gravitas.*
3. *Tortura est magni præjudicij, & gravior relegatione, aut manus abscissione, prout num. 4.*

5. Tor-

5. *Tortura non est decernenda, nisi pœna fuerit corporis afflictiva.*

6. *Secundum torturæ requisitum est defectus probationum.*

7. *Quando Iudex habet plenas probationes delicti, Reum ad torturam ponere non debet.*

8. *Tortura in delicto per veras probationes liquido locum non habet.*

9. *Tertium est requisitum, ut Reus multis indiciis gravatus & argumentis penè convictus fuerit.*

10. *In obscuris semper in benigniorem partem debemus inclinare.*

11. *Quando capi potest conjectura delicti & non delicti, sumendus est is sensus, qui delictum excludit.*

12. *Vt indicium unum tollit aliud, sic præsumptio præsumptionem.*

13. *Vt una conjectura aliam, sic magis verisimile minus verisimile tollit.*

14. *Reus*

14. *Reus an torquendus propter indicia contra ipsum existentia, si alia sunt pro eo?*

15. *Probationes in specie præferuntur probationibus in genere.*

16. *Testibus duobus in specie deponentibus plus creditur quampluribus in genere.*

17. *Exculpatio offensi præbet indicium innocentiæ.*

18. *Accusator morosus reddit accusationem suspectam.*

19. *Taciturnitas per lapsum longi temporis præsumitur conversa in consensum.*

20. *Instrumentum relevatorium producere tardans, an audiendus absq; refusione expensarum?*

21. *Spõtanea rei oblatio, indicium præbet innocentiæ.*

22. *Sanguinis fluxus an semper criminis reum notet?*

23. *San-*

23. *Sanguinis fluxus qua ratione eveniat?*

24. *Indicium remotum, præbet sanguinis fluxus.*

25. *Indicia licet sint arbitraria, tamen ex ratione intrinseca nobis certa esse debent.*

26. *Nullus ex levibus indiciis quæstioni, ut actui gravissimi præjudicij, subjiciendus.*

1 UT enim quæstio decernatur tria semper, velut causę προκαταρκτικαι, concurrant, necessum est. Primũ, ut causa & accusatio sit criminalis;
2 eaque atrox & capitalis, ut veneficiũ.

Iuxta l. 1. & l. 8. ff. de quæst.

3 Cum enim quæstio sive tortura magni est præjudicii, & ipsa relegatione gravior.

argum. Novel. 134. cap. 13. Hippol. de Marsil. in l. Divus num. 2. ff. de quæst. & in l. 1. §. præterea num. 8. ff. ad L. Cornel. de Sicar.

Et

Et ipsa ferè morte, post quam corpus lacerat, durior, imò abscissione manus gravior. 4

Bald. in l. interpositas num. 6. C. de transact. & in l. 1. circ. fin. C. unde vi. Hippol. in l. 1. §. præterea num. 8. ff. ad l. Corn. de sicar. & in l. Divus num. 2. ff. de quæst. & in pract. crim. § expeditanum. 59. p. m. 233.

Non aliter decernenda, quam cum pœna corporalis affligenda veniat. 5 Iniquissimum enim foret, imò absurdissimum, probationes criminis quærere ac decernere, quæ ipsâ pœnâ crimini debita sint acerbiores.

Iodoc. Damhauder. in pract. crim. cap. 35. num. 4.

Secundum, ut aliæ probationes deficiant, sic, ut veritas aliter haberi nõ possit, ad hoc enim, ut Judex possit devenire ad torturam contra reum, oportet, ut nõ sint aliæ probationes, nisi ipsa tortura, alias si alia probatio est contra eum, non potest Judex devenire ad torturam. 6

ut probat text. in l. Divus Pius & in l. edictum & ibi Dd. ff. de quæst. & text. in l. quoties C. eod. & hoc firmat. Gandin. in suo tract. malef. sub rubric. de quæst. & torment. in princ. ubi dicit.

Quod Judex, qui quæstionem de aliquo habere intendit, debet habere hanc considerationem, ut non facilè nec repentè procedat ad eam, si aliqua alia leviori via potest objecti criminis veritas haberi, quantumcunq;
7 adsint indicia vel verisimilia argumenta. Nam quando Judex habet plenas probationes delicti, non debet reum ponere ad torturam; cum certus certiorari non debeat.

l. 1. in fin. ff. de act. empt. l. 2. ff. de edend. l. si legibus C. de Episcopal. audient.

8 Si enim maleficium per veras probationes est liquidum, Judex malefacit eum torquendo, & ideò tali casu tenetur in Syndicatu. Quia nemo est torquendus, nisi in subsidium probationum.

uti

uti ait Hippol. de Marsil. in pract. crim. in §. nunc videndum num. 20. 21. 22. 23. 24. *& 25. p. m.* 102.

Tortura enim in criminalibus est ultimum & subsidiarium remedium, ad quod nunquam perveniendum est, nisi cætera deficiant, ita ut aliter veritas haberi nequeat.

Hippol. de Marsil. in l. 1. in princ. vers. quarto requiritur. ff. de quæst. Nicol. Reusner. lib. 3. Consil. 16. n. 5.

Tertium, ut reus multis indiciis oneratus, &, ut ait Ulp. argumentis penè convictus sit.

per l. 1. vers. ad tormenta l. 18. §. 1. *l.* 20. *& l. fin. ff. de quæst. l.* 3. *& l.* 8. *C. eod.*

Qualia autem debeant esse argumẽta, una regula explicari nequit; Et certè gravibus, urgentibus, & penè certis opus esse, nec levium rationem haberi. Ex supra deductis constat

Quocirca Indicia ad torturam nõ sufficiunt, nisi faciant semiplenam

probationem, qualem non inducunt indicia per singulares testes probata, præsertim remota, quæque ad circumstantias tantum delicti pertinēt.

uti probat Boss. in pract. crim. sub tit. de torment. num. 30. cum seq.

Verùm, si quædam indicia reo competant, quibus innocentiam suam aliquo modo remonstrare, & contra se facientia indicia elidere queat, ita ut amplius semiplenam probationem non impleant, dubium non est, quin ad torturam perveniri non debeat: Quia semper in obscuris in benigniorem debemus inclinare partem.

10

Iuxta l. semper in obscuris ff. de reg. Iur l. factum cuiq; §. fin. ff eod. c. in pœnis de reg. Iur. in 6. c. eos vexo. 50. dist. l. merito ff. pro soc. l. Arrianus ff. de act. & obligat.

11 Nam ubi potest capi conjectura delicti & non delicti, semper sumend⁹ est is sensus, qui delictum excludit.

ut

ut probat Hippol. de Marſil. in repet. l. fin. C. de probat. & in l. unius facinoris in § in ea cauſa ff. de quæſt. & in pract. crim. §. diligenter num. 190. cui conſonat P. H. D. Car. V. art. 28. Andr. Gail lib. 2. obſervat. 110. num. 5.

Unum enim indicium tollit aliud, & una præſumptio tollit aliam. 12

l. Divus ff. de in integr. reſtitut. c. accedens de crim. falſ. & ibi gloſſ. c. tuam de ſponſalib. & ibi gloſſ Bald. in l. parum ff. de hæred. inſtit. Alexand. Conſil 77. col. ultim. vol. 1. & Conſ. 103. col. 7. vol. 1.

Et idem dicimus in conjecturis & veriſimilibus. Ut enim una conjectura aliam, ſic magis veriſimile minus veriſimile tollit. 13

ſecund. Bald. in l. fin. in 2. opp. C. de hæred. inſtit. & in l. ſive poſſidetis C. de probat. quem refert & ſequitur Iaſon. in l. ſi extraneus in 2. col. ff de condict. cauſ. dat. non ſequut.

Quod adeò verum; ut, ſi contra reũ adſit 14

adsit maleficii indicium, pro reo autem bona fama probata, hoc casu nō possit ipse reus vigore illius indicii, quod habet contra se, torqueri: Qualitas enim præcedentis vitæ hujusmodi indicium elidit.

per l. non omnis §. à Barbaris ff. de re milit. & c. cum juvẽtute de præsumpt. ita notabiliter dicit Bald. in l. fin. in ult. col. C de probat. quem refert. & sequitur Alexand. in l. fin. in 3. apostill. ff. de quæst. & idem Bald. in l. ea. quidem in antepen. col. vers. item quæro an infamatus C. de accusat. ubi etiam respondet ad contraria.

Verum quando testes super mala fama alicujus specialiter examinati sunt, tunc tales testes præferuntur testibus in genere de bona fama deponentibus: Probationes enim in specie probationibus in genere præferuntur.

prout docet Alex. consil. 77. in princip. 4. col. in 1. vol. & ibi etiam subdit.

quod

quod pro hoc facit, quod voluit Bald. in l. sive possidetis in 2. col. C. de probat. ubi dicit, quod præsumptio in specie, tollat præsumptionem in genere per regulam: generi per speciem derogatur c. generi de reg. Iur in 6.

Et magis creditur testibus duobus in specie deponentibus, quam pluribus deponentibus in genere. 16

ut tradit Hippol in l. de minore §. pluriumin 18. col. in pr ff. de quæst.

Indicia autem Rei innocentiam demonstrantia hic nonnulla adjicienda esse censeo: Ex quibus EXCULPATIONEM offensi non parvi momenti esse, sed reo inquisitio vel accusato multum prodesse posse arbitror. Nam si de aliquo fuerit confessus tortus in tortura, & ipse tortus ad banchum Juris, uti loquuntur practici, deductus revocet hanc confessionē, & dicat personam in tortura nominatam esse innocentem, vel Inquisitum de 17

An exculpatio offensi excusetꝰ

vulnere in perſonam Caji illato, ipſe Cajus dicat eſſe innocentem; talem exculpationem indicium innocentiæ præbere.

ſingulariter dicit Bald. in l. 1. in ultim. col. in verſ. pone teſtator C. commun. de legat. allegans l. Paulus §. 1 ff. de bon. libert. quã doctrinam refert & ſequitur Dom. Alexand. in Conſil. 24. incip. Animadv. in 6. col in 2. vol. & in Conſil. 237. incip. Ponderatis narratis in themate. circ. princip. & in conſil. 224. incip. Viſo proceſſu in 2. chart. in ult. col. Felin. in c. 1. circ. fin. de præſumpt. & in c. literas in 5. col. eod. tit.

Nam quilibet, maximè in articulo mortis conſtitutus, præſumitur memor ſalutis æternæ.

can. ſancimus 1. quæſt. 7. c. literas ubi gloſſ. de præſumpt. l fin. C. ad L. Iul. repetundar. & facit etiam l. nihil tam naturale ff. reg. Iur.

Et licet eadem ſolennitas requiratur

tur in destruendo, quæ requiritur in construendo, atq; ita dictam exculpationem, utpote Extra judicium in mortis articulo factam, tollere non posse illam, quam adhibitis jurium solemnibus in judicio extortam fuisse. Attamen nihil obstaret, modo pro inculpatione nullum concurrat indicium, præsumptio, aut conjectura, sed sola & nuda ipsius Rei adsit inculpatio. Nam tunc exculpatio Rei, in mortis articulo facta, tollit indicium inculpationis, quia constitutus in mortis articulo non præsumitur mentiri, & alias proniores ad liberandum quam ad condemnandum esse debeamus.

ut docet Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. diligenter num. 119. p. m. 173. & in § restat. in fin. p. m. 337.

Verum an inculpatio vel accusatio offensi, in mortis articulo etiam cum Juramento facta, tantam vim

An Inculpatio offensi accuset?

& efficaciam ad accusandum, quātam exculpatio ad excusandū præbeat, ita ut inculpatus propter illam quæstioni subjici possit valde ambigitur?

Cum enim hæc attestatio pluribus laboret vitiis; ex quo negari non potest hunc testem, qui primò solenniter in Judicio cum juramēto de socio testatus fuit, postea verò in mortis articulo contrarium asseruit, fore perjurum, & per consequens infamen, cum perjurus sit infamis.

secund. gloss. in c. pervenit de fidejussorib. & text. in l. si quis major. & ibi gloss. & Dd. C. de transact.

Et dictum perjuri non probet.

per c. sicut & c. testimonium de testib. & c. quicunq; 6. q. 1. & ea quæ tradit. Speculat. in tit. de teste §. 1. vers. item quod est infamis.

Et sic testis unicus, & quidem in re propria, nec omni exceptione major

jor minus nihil probet, cum lex tali atteſtationi reſiſtat, ex quo unicuique teſtimonium in re propria dicere interdicat

Iuxta l. nullus 10 ff. de teſtib. l. omnibus 9. C. eod.

Conſequens igitur erit, dictum iſtius Rei, tanquam ſuſpectum, Incuſato haud obeſſe, nec aliter indicium inducere poſſe, quam ſi alia urgentiora indicia concurrant.

Iuxta l. ſi quem gravi 3. §. 1. ff. ad SC. Syllan. Andr. Fachin. lib. 9. Controverſ Iur. c. 90. P. H. D. Carol. V. art. 55 §. Zum ſechſten / *ubi dicitur*, ſo ein verklagter oder beſchedigter auß etlichen Vrſachen der Miſſethat ſelber ziehet / darauff ſtirbet / oder bey ſeinem Eyde betawret.

Ex quo perſpicuum evadit, ſolam atteſtationem, niſi juſtæ ſubſint cauſæ, de quibus Judici conſtet, nihil quicquam facere. Maximum

enim commodum habet innocentia, ita ut ad probandam eam multa, aliâs prohibita, admittantur, inter quæ hoc est præcipuum, ut probari possit, non modo testibus suspectis, sed & præsumptionibus & conjecturis.

per ea quæ tradit. Iacob. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 5. præs. 48. n. 1. & seqq.

18

An tarditas accusandi?

Referunt etiam nonnulli TARDITATEM ACCUSANDI indicium innocentiæ pro Reo præbere; puta si Accusator suam accusationem diu distulerit, quo casu accusationem postea reddi suspectam.

secundum Bald. in Consil. suo 37. in fin. in 3. vol. pro quo facit text. in c. 1. vers. Quia si proclamare voluit, cur tamdiu tacuit. de frigid. & malefic. Iason. in § fuerat in 5. col. Instit. de actionib. & in l. 1. in 6. col. vers. Item pro extensione C. qui admit. Iacob. Men. lib. 5. præs. 48. num. 16.

Nam per lapsum longi temporis taciturnitas in consensum conversa præsumitur. 19

secund. Specul. in tit. de præsumpt. §. species vers. necessaria videatur Menoch. de præs. lib. 1. quæst. 89. n. 129.

Et ille qui differt producere Instrumentum solutionis vel alterius tenoris, relevans eum à petitis, falsitatis suspicione gravatur, ideoque non debet audiri illud producendo, nisi refectis expensis, quibus sua tarditate vexavit adversarium; multo igitur magis hæc ratio in causis odiosis, & communiter restringendis, militare potest. 20

Bald. in c. exceptionem in princip. de except. quem refert. Felin. in c. ad audientiam el. 2. in 12. col. de rescript. & in c. de cætero in 4. col de rejudicat. pro quo alleg. c. suscitata & ibi Abb in 3. not de in integr. restit. Nicol. de passerib. descript. privat. lib. 1. q 6. dub. 7. n 30 p. m. 160.

An spontanea oblatio.

Aliud non debile indicium Innocentiæ generat SPONTANEA OBLATIO REI inquisiti vel denunciati; qui, dum in libertate positus fugâ facilè capere potuit, sua se sponte in carcerem detruit. Cum communiter nemo ita fatuus & insanus videatur, qui, si est nocens & verus reus delicti velit se privare libertate, & constituere se in carcerem, putans celare veritatem, quę finaliter mori nequit, nisi sciat se innocentem.

21

prout loquitur Barthol. cep. Consil. 31. incip. super homicidio in 4. col. vers. decima & ultima Hippol. in pract. crimin. §. diligenter num. 204. ubi tamen suis clientibus spontaneam istam præsentationem sæpè dissuasisse perhibet quib. adde Iacob. Menoch. lib. 5. præsumpt. 48. n. 14.

Verum an Innocentiæ firmissimũ præbeat indicium, si veneno necatus præsente Veneficа SANGUINEM

22

NON

NON EMISERIT non levis Doctorum eſt altercatio. *An fluxus ſanguinis?*

Exiſtimat enim Hieron. Maggius lib. 3. miſcellan. capite 5. credibile & proximum eſſe indicium, ſi inquiſitus coram cadavere adductus, cadaver ſanguinem emittat.

cui adſtipulatur Boer. quæſt. 166. num. 1. & 6. item Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. c. 13 num. 15. & Iacob. Menoch. de Arbitr. Iudic quæſt. caſ. 270. n. 16. & de præſumpt. l. 1. quæſt. 89. nuus. 128. & Ioſeph. Maſchard. de probat. vol. 2. concl. 876. num. 24.

Qui Dd. licet dicant hoc indicium eſſe magnum, veriſimile, credibile & proximum; exiſtimantes fluxum ſanguinis provenire ex motu & voluntate Divinæ Juſtitiæ, cum non proveniat ob incantationem ſeu ſortilegium, & accidat ex motu impreſſo ab interfectore ad interfectum, virtute ſuæ fortis imagi-

ginationis & furiæ. Dicunt enim impressisse eum spiritus inimicitiæ, succensos in interfectum tempore interfectionis, qui ad præsentiam interfectoris moveantur ex interfecto suo, ad interfectorem suum, unde exierunt, propter quod excitetur motus in corpore interfecti, & cadaver sic sanguinem emittat. Attamen Indicia hæc valde
24 remota, & ex causis nobis incognitis incerta sunt, ideoque stante ista incertitudine sanctius esse judicio, nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare.

juxta l absentem 5 ff. de pœn.

25 Et quamvis indicia sint arbitraria, tamen ex aliqua intrinseca & cognita præsumptione nobis certa esse debent. Jam vero allata fundamenta, nullo jure vel causa, quæ Juridice concludat, nobis cõstant; Nonne enim fieri posset, ut sanguis

guis, qui in venis delituit, agitato motoque corpore, & venarum oris reſeratis erumperet? Ergo non valent, per conſequens nec reus exiis torquendus erit.

ita exiſtimat Hippol de Marſil. in pract. ſua crim. §. diligenter num. 181. in fin. ubi dicit, in contingenti caſu ſe non præſtitiſſe fidem huic indicio, ſed aliis ſupervenientibus indiciis reum capi feciſſe pag. m. 198.

Niſi ergò alia & quidem urgentia concurrant indicia non exiſtimarem eo ſolo, quod ſanguis profluat ex cadavera, Judicem commoveri debere, ut accuſatum quæſtioni, cum ſit actus graviſſimi præjudicii, ſubjiciat.

Proſper. Farin. in pract. criminal. lib. 1. tit. 5. quæſt. 52. num. 156. circa fin. Iohan. Zanger. de quæſtion. ſeu tortur. reorum cap. 2. n. 60.

CON-

CONCLVSIO IX.

AN autem omnis delinquens torturæ subjiciendus sit; non immerito quæritur; cũ enim nihil tam crudele & inhumanum esse videatur, quam hominem, ad imaginem Dei conditum, tormentis lacerare, & quasi excarnificare, Juris nostri authores quosdem à tortura exculandos esse arbitrati sunt.

Summaria.

1. *Tortura res est fragilis & periculosa quæ veritatem fallit.*
2. *Minor quatuordecim annorum torqueri non debet.*
3. *Minor non potest torqueri, antequam super inquisitione responderit, & sit sibi datus curàtor.*
4. *Pubertati proximo dolicapax dicitur.*
5. *Infantes non sunt doli capaces.*

6. *Senex*

6. *Senes non sunt torquendi.*
7. *Senes qui dicantur?*
8. *Iudicis arbitrio commitendum quis dicatur senex?*
9. *Mulier prægnans nec torquenda nec terrenda!*
10. *Mors prægnantis mulieris ut differenda, ita etiam tortura.*
11. *Infirmi & valetudinarij, aut aliquâ parte corporis debilitati, torquendi non sunt.*
12. *Nec mutus & surdus naturâ.*
13. *Frustra quæritur, & expectatur illud, cujus eventus nihil operatur.*
14. *Ordo clarissimorũ excusat à tortura.*
15. *Etiam perfectissimi viri à tortura sunt immunes.*
16. *Vt & ordo Decurionum.*
17. *Milites de consuetudine Germanorum non gaudent tali immunitate.*
18. *Doctores & Advocati non minus ge-*

nere

neri humano providenti, quam si armis patriam defenderent.

19. Doctores sunt quasi radij solis.

20. Doctores & Advocati à tortura sunt immunes.

21. Quilibet Advocatus ratione subjecti dignior est quolibet Mediço.

22. In delictis nefandis reatus honorem excludit.

23. Clarissimi non statim ut accusantur, torquendi sunt.

24. Causa privilegij cessante, cessare debet ipsum privilegium.

25. Studiosi lectiones negligentes non gaudent privilegijs studiosorum.

26. Cessante causa cessat effectum.

27. Flagitys nõ est præsidium quærendũ.

28. Quæ personæ ob dignitatem & privilegium non sunt torquendæ; quin tamen sint interrogandæ nõ ambigitur.

29. Interrogatio & verbalis territio ad edictum non pertinet.

CUm enim tortura res sit periculosa & fragilis, quæ veritatem 1
læpius fallat, non in quoslibet decernenda est.

per l. 1. §. 3. & seqq. l. 2. 8. 10. & 15. ff. de quæst.

Et primo Impuberem, minorem 2
quatuordecim annorum harum pœnarum, quæ fidiculæ & tormenta constituunt, expertum esse.

probat. l. de minore & ibi gloss. 1. Bart. Alberic. & Dd. communiter ff. de quæst & l. 1 § impuberi ff ad SC. Syllan. cujus hæc sunt verba: Impuberi autem in supplicio tantum parcimus, an vero etiam in quæstione, & magis est ut de impubere nec quæstio habeatur.

Minor autem 25. annis postquam Inquisitioni mediante curatore re- 3
spondit, potest torqueri, verum non rectè deficiente curatore. Si enim minor non potest stare in Judicio, nec aliquod Judiciale, sine curatoris interventu, validum facere; quanto minus

minus stabit sine curatore in Judicio criminali, ubi de gravissimo præjudicio agitur. Per consequens si sine curatore contra eum processum fuerit, processus erit nullus, etiam si confessus fuerit, quia confessio esset invalida; paria enim sunt in actu minoris nihil intervenire, vel minus legitimè intervenire.

per l. quoties ff. qui satisdar. cogant. l. scire oportet §. sufficit ff. de excusat. tut. l. non putavit § non quavis ff. de bonor. poss. cont. tab. l. 4. § condemnatum ff. de re judicat. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. Nunc videndum num. 31. 43. & seqq.

Cum enim impuberi pubertati proximo, qui doli capax dicitur.

4 *in l. pupillus 111. ff. de Reg. Iur. juxta l. 3. §. 1. ff. de injur.*

In supplicio parcitur.

juxta l. auxilium 37. §. 1. vers. in delictis & ibi Dd communiter ff. de minoribus. Anton. Gomez. tom. 3. resolut. cap. 1. num. 62. Eidem

Eidem etiam in quæstione parcendum esse videtur.

Iuxta d. l. 1. §. impuberi 33. ff. ad SC. Syllan.

Ne scilicet probandi modus sit gravior ipso modo condemnandi: nam medii & finis idem debet esse Judicium, semper enim ordinata ad finẽ aliquem, regulari debent secundum ipsius finis naturam, quippe cum finis sit dignior omni illo quod ad finem ordinatur: adeoque quod prohibitum fieri immediate, non possit fieri mediate.

prout comm. concludunt Dd. arg. l. 77. §. Titio ff. de cond. & dem. Reusner. consil. 16. lib. 3. n. 6. & 7.

Imò quod Ulpian. in d. l. 1. respondit, parcendum quidem esse Impuberi in quæstione, eos tamen terreri, vel, ut Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 5. q. 41. n. 17. putat, virgulâ cædi, aut alio genere tormentorum leviori torqueri posse, de Impubere proximo infantiæ

tiæ, accipi non poteſt. Cum revera hi doli capaces non ſint, & ex delicto minimè teneantur.

Iuxta l. impuberem 23. ff. ad L. Cornel. de falſ. l. impuberem & ibi gloſſ ff. de furt. l. ſed etſi 5. §. & ideo 2. verſ. ſed etſi infans ff. ad L. Aquil. l. 1. verſ. ſi impubes C. de falſ. monet. c. 1. & 2. de delict puer. Gomez. d. loc. num. 57.

Deinde nec lenem decrepitum torqueri poſſe.

annuit. text. l ſi quis 3. §. ignoſcitur 7 ff. ad SC. Syllan. Ignoſcitur, inquit textus, etiam his qui ætate deſecti ſunt Proſp Farin. d. quæſt. 41. num. 24.

Et licet jus noſtrum, quoad excuſationem munerum perſonalium, excedentes quinquageſimum quintum annum inter ſenes numeret.

Iuxta l. non aliter §. ult. ff. de legat. 3. l 2. § ult. ff. de decur. l. 3. C. eod. l. ult. C. qui ætat. ſe excuſ.

Communis tamen Dd. opinio ſenilem ætatem 70. annorum æſtimat.

ut

ut remissive declarat. Ludovic. Bolognet in addit. ad Guid. de Suzzar. in tract. de indic. & tortur. num. 15. in fin. Viv. in commun. opin. vers. si senex in fin.

Verum hoc quicquid sit, ego Judicis arbitrio totum relinquendum, eoq; dirigendum hoc arbitrium esse arbitror, ut, cum senibus propter imbecillitatem corporis ignoscitur, Judex diligenter inquirat, non tam de ætate, quam de senum infirmitate. Et siquidem propter decrepitam ætatem senex non possit pati torturam, Judex meritò à tortura abstinebit, quin tamen hoc casu, ad exemplum impuberis, terreri possit, non ambigitur. 8

Iacob. Menoch. lib. 2 de Arbitr. Iudic. quæst. cas. 59. n. 3. Prosper. Farin. d. quæst. 41. num. 29. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. expeditanum. 41.

Tertiò mulier prægnans, propter periculum partus, torqueri non debet. 9

per text. in l. prægnantis 3 ff. de pœn.

Prosper. Farin. de Indic. & tort. lib. 1 tit. 5 d q. 41 n. 78.

Quia istud beneficium fit partui, nō ipsi mulieri, & ideo nec ante partum, etiamsi concepisset in carcere fraudulenter, ut torturam evitaret, vel fuisset duntaxat per decem vel viginti dies gravida, terreri, nedum torqueri debet; quia exterrore & comminatione facilè posset abortus sequi; licet enim fœtus nondum sit animatus, non tamen potest propter spem futuræ animæ torqueri. stante enim identitate rationis, stare etiam debet Juris dispositio.

Prosper. Farin. d. quæst. 41. num. 83. & seq. Hipp. de Marsil. in pr. crim. §. nunc videndum n. 50.

Imò ne quidem post partum intra quadraginta dies torqueri debet, intra hos enim dies vires demum recuperare censetur.

Hippol de Marsil. in l. 1. in princ. col. 5. ff. de quæst. & in d. §. nunc videndum num.

num. 50. *Ant. Gomez. tom.* 3. *resolut. c.* 13 *num.* 3. *&* 4. *Ioh Zang. de quæst. seu tort. reorum cap.* 1. *num.* 19.

Ut igitur mors prægnantis mulieris differri debet, eum graviſſimum facinus committat, qui prægnantem occidit, ita etiam tortura. 10

Nell. in tract. bannitor. in 2. *part.* 2. *temp. quæst.* 15. *Hippol. in pract. d.* § *nunc videndum num.* 50.

Quartò, torturæ ſubjiciendi nõ ſunt infirmi, valetudinarij, aut aliquâ parte corporis debilitati. Nec furioſus, quem fati infelicitas excuſat. 11

Iuxta l. 3. §. *furioſos* 11. *ff. ad SC. Syllan. l infans. ff. ad L. Cornel. de ſicar. l. illud.* §. *ſane ff. de injur. canonizata in c. illud* 15. *q.* 1.

Quintò nec mutus & ſurdus naturâ quia nec damnari poteſt, niſi ex dictis teſtium. 12

argum. l. diſcretis 10. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. Anton Gomez. variar. reſolut. tom.* 3. *cap.* 1. *rubr. de delictis, num.* 69. *in fin.*

Cum enim mutus & surdus à natura non possit ex sua confessione, signis vel nutis declarata, condemnari, sed opus sit testium attestatione & probatione, idcirco non debet ei dari
13 tortura adhabendam dictam confessionem: per regulam; Frustra quæritur seu expectatur illud, cujus eventus nihil operatur.

l. hac stipulatio §. Divus ff. ut legat. nom. l. ad probationem C. de probat.

Quod aliter se habere existimo, si ex accidenti mutus & surdus factus sit, & literas sciat, hunc enim subtormẽtis scripto interrogari, & eodem modo respondere debere puto.

arg. d. l. discretis C. qui testam. fac. non poss.

Non aliter enim veniam merentur, quam si literas nesciant, minimè igitur extendendum ad eos, qui literas sciunt, ne, cum suspecti sint, in defectum legitimæ probationis impuniti remaneant.

Ioban.

Iohan. Zanger. in d. tract. de quæst. seu tort. reor. cap. 1. num. 21.

Præterea (6) indagatio per tormenta quærendi submota fuit ab ordine amplissimo, qui clarissimus dicitur. 14

Iuxta l. jus Senatorium l. severam 10. C. de dignitatib.

In quo ordine est ipse Princeps, fuere & Consules, Prætores, Consulares item Prætorii & Comites, hoc est, consistoriani & tribuni.

Zanger loc. relat. num. 22.

Ad exemplum horum nec perfectissimi viri, usque ad pronepotes, torquendi. 15

Iuxta l. Divo 11. ff. de quæst.

Eminentissimi erant apud Romanos, Præfectus Prætorio, Magistri militum, Præt. & Urbi & Patritij.

Iuxta l. 2. C. de sentent. ex brevicul. recitand. l. neminem 46. in fin. C. de decurion.

Et septimo nec Decuriones, aliique in dignitate positi, torquendi sunt. 16

per l. omnes l. 2. §. in filiis C. de decurion. l. Divo Marco. C. de quæst. Nicol. Reusner. lic. 3. consil. 16. n. 12.

Quod intelligas etiam finito officio.

ut habetur in l. nihil C. de quæst. & in l. si quis decurio C. de falsis & voluit gloss. in d. l. omnes Hippol. de Marsil. in l. edictum in 4. col. ff. de quæst.

Et si officialis aliter procedere vellet, posset ei resisti de facto.

ut habetur in d. l. omnes & in Novel. 6. c. 8. vide quæ tradidit Hippol. de Marsil. in l. 1. in 2. chart. C. de exec. rei Iudicat.

Nam etsi tales personæ quæstionibus subjectæ crimen aliquod confessæ fuerint: nihil tamen noceret hujusmodi confessio, neque confessus ex ea condemnari debet.

Nicol. Reusner. loc. 8. alleg. num. 13.

17 Et quamvis (8) nec Milites tormentis subjugebantur.

Iuxta l. milites 8. C. de quæstionib.

Tamen hoc in Germania nostra ivit in

in deſuetudinem prout experientia, rerum omnium magiſtra, teſtatur, cum enim hodiernis temporibus milites ſuis non ſint ſtipendiis contenti, atque ita minus honorifice militent, ſed magis locum ſibi vendicet illud Poetæ.

Nulla fides pietaſq; ſalus qui caſtra ſequuntur.

Non eſt quod in illorum beneficiis indagandis anxius inſiſtam.

Cum autem Doctores & Advocati non minus humano generi prodeant quam ſi armis Patriam defenderent, illorumq; ſcientia totus illuminetur mundus. 18

Iuxta tradita Salycet in Auth. habita C. ne filius pro patr. in 1. col ubi dicit, quod mundus illuminatur Doctoribus & hominibus ſcientiæ, & niſi fuiſſent Doctores, eſſemus in tenebris.

Doctores enim quaſi radii ſolis appellantur, & velut luminaria ſplendeſcere dicuntur. 19

c. multi distinct. 2. de pœnit. C. si quis 1. quæst. 7. & facit c. 1. de reliq. & vener. san. in 6. ubi dicit, quod Papa per Doctores, quasi luminosas candelas, universorum corpus orbis errorum tenebris profugatis, velut sydus radiat matutinum, & facit text in c. super spe de magist. ubi text. dicit, Quod Doctores velut splendor fulgent firmamenti, & facit etiam c. dum ex injuncto de hæret. & gloss. in c. cum ex eo de elect. in 6.

20. Non immerito igitur à tortura, ratione suæ dignitatis & præeminentiæ immunes censendi sunt.

secundum Cyn. in l. milites C. de quæstionib. ubi loquitur de Advocatis, & voluit Bart. in l. 1. C. de Advocat. divers. judic. de qua etiam per Cyn. in l. 4. C. ad L. Iul. Majestat. Angel. de Aret. in tractat suo malefic. in verb. fama publica in 16. Chart. in versic. sexto quæro & Iohan. Andr. in c. cum in contemplatione de reg. Iur. gloss. in l. medicos C. de professorib. & medic.

Lex enim concedens capturam perſonæ, non extenditur ad Doctorem 21
vel Advocatum, cujus perſona dignior eſt quolibet Medico.

ſecund. Laurent. Silvan. conſil. 20. *num.* 6. *vol.* 1.

Scientia enim medicinæ tendit præcisè ad curationem corporis, ſcientia vero legalis, principaliter ad curationem animæ.

ut inquit Abbas in c. clerici de Iud. Marc. Ant. Natta conſil. 1. *num.* 2.

At manifeſtum eſt animam dignio. rem eſſe corpore.

per l ſancimus C. de SS. Eccleſ. c. præcipimus 12. *q* 2. *Calcan. conſil.* 102. *col.* 3. *Petr. Nicol. Moz. de locat. & conduct. num.* 16. *Frid. Huſan. de Romin. proprijs cap.* 8. *n.* 96.

Maneat igitur regula; Advocatos & Doctores, qui & nobiles appellantur.

in l. 2. §. *ultim. l. diximus* 4. *in fin. ff. de excuſat. tutor. Andr. Tiraquell. de nobilit. cap.* 5. *num* 3. *& ſeqq.*

Alioſq; in ſumma dignitate conſtitu-
tos, torquendos non eſſe, præſertim,
ſi delicta non ſint dictu nefanda ſeu
22 excepta, in quibus ad exemplum mi-
litum ſeu decurionum, veniam non
merentur.

Iuxta l. milites 8. l. decuriones 16. C. de quæſt. l. 1. & 4. C. ad L. Iul. Majeſtat. l. proditores 7. ff. de re milit. & utrobiq; gloſ. & Dd.

23 In criminibus enim exceptis, reatus,
quoad fori competentiam & pœnam,
omnem honorem & dignitatem ex-
cludit.

Iuxta l. 1. C. ubi Senator vel clariſſimi.

Quamvis non ita, ut cum accuſentur
clariſſimi, ſtatim quęſtioni ſubjicien-
di ſint: quoniam hæc duo ſimul ſtare
poſſunt, ut clariſſimi pœnis ſubjici-
antur, iis tamen in tortura parcatur:
Cum ex dictis teſtium hos condem-
nari oporteat; aliás neceſſe eſſet di-
ceremus, per d. l. 1. C. ubi ſenat. vel

cla-

clariſs. correcta eſſe reſcripta imperatorum.

Iul. 4. C. ad L. Iul. Majeſtat. l. milites 8. l. Divo. 11. l. Decuriones 16. ff. de quaſt.

Cum enim hoc privilegium ipſis tribuatur ob virtutē, ea tanquam cauſa privilegii ceſſante, ceſſare quoq; debet privilegium. 24

arg. l. ſi duas 6. §. gentium 14. l. geometra. 22. §. ff. de excuſat. tut. Andr. Tiraquell in tractat. ceſſante cauſa num. 210. etenim Nobilitas ſola eſt animum qua moribus ornat.

Hinc Juvenalis Sat. 8. cecinit.

Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis.

Æacideſimilis, Vulcaniq; arma capeſſas:
Quam te Therſita ſimilem producat Achilles.

Sic ſi ſtudioſi albo Rectoris adſcripti, lectiones negligant, ad privilegia, ſtudiorum cauſa conceſſa, adſpirare non poſſunt; dantur enim ſtudij cauſa, 25

quod cum cessat, cessare quoque debet privilegium:

l. cum in honoribus ff. de vacat muner. l. si duas 6. §. & philosophos ff. de excusat. l. generaliter C. de Episcop. & Cleric. l. sub pretextu C. de SS. Eccles. l. ne quidam 17. & l. scriniarios C. de testam. milit. l. semper §. hæc idcirco §. erant. & §. licet ff. de juram immunit. c. cum ex eo de elect. in 6.

26 Notissima enim Juris vult constitutio, ut cessante causa, cesset effectum.

l. in omni ff de adopt. l. fin ff de testam. tut. c. cum cessante extra de appellat. Andr. Tiraquell. in tractat. cessante causa num. 213. Petr. Gulcten. ad Authent. Habita c. ne fil. propat. num. 9 10. & 11. ubi videbis dissentientium fundamenta.

Hinc attendendus est canon Logicus:
Causatum perimit causa peremta suum.

Quocirca si hoc casu Advocati &
27 Doctores aliique clarissimi veniam mererentur, fenestra delinquendi, &

quid-

quidvis (quod nimis impium esse videretur) faciendi, illis aperiretur, & sic præsidia flagitiis quærerentur, & Respublica, cujus nervi sunt pœnarũ irrogatio, in apertam incurreret perniciem.

l. legem 7. C. de naturalib. lib. Bodin. lib. 3. de Republic. cap. 5. & lib. 4 cap. 4.

Cum igitur nulla dignitas Veneficas, quâ tales, à tortura excuset, non est quod illorum excusationi diutius immorer.

vide l. 7. C. de malefic. & mathemat. Godelman. de magis & venefic. lib. 3. cap. 10. num. 49.

Reatus enim dignitates excludit, & privilegia obdelictum amittuntur.

Andr. Gail. de arrest. Imp. cap. 10. num. 13.

Quæ ergo personæ ob privilegium & dignitatem torquendæ aut terrendæ nõ sunt, quin tamen in non exceptis criminibus interrogandæ sint mini- 28

mè dubitatur: Interrogatio enim seu verbalis territio ad Edictum non pertinet.

l. item apud Labeonem 15. §. quæstionem 41 ff. de injur. Bart. in l. 1. §. Divus Severus num. 2. ff. de quæst. Gandin in tract. de quæst. vers. quæ confessio dicatur facta formidine tormentorum Ant. Gomez. d. tom. 3. var. resol. cap. 13. n. 4. vers. quod tamen intelligo.

CONCLUSIO X.

CUm autem tortura, ut antea monui res sit fragilis & periculosa, quæ sæpius veritatem fallat, omniumq; hominum, etiam infantium, proprium sit fugere, & quæ fecerunt negare, Quæritur, An Venefica, quæ fidiculis examinata, confessa fuerit, postea vero soluta identidem retractaverit, ad Eculeum reduci queat? Cum autem prior confessio sit loco semiplenæ pro-

probationis, faciatque ad torturam ſufficiens indicium, eam reduci poſſe puto.

Summaria.

1. *In tortura, tam qui nihil, quam qui multa pati poteſt, mentitur.*
2. *Quæſtionibus credi non oportet, cum alius alio in dolore recentior, in comminiſcendo ingenioſior ſit.*
3. *Ad torturam, niſi legitimis & luce meridianâ clarioribus indiciis præcedentibus, non eſt deveniendum.*
4. *Iudex ex præſcripto Iureconſultorum in rebus arduis judicare tenetur.*
5. *Confeſſio metu tormentorem & nullis præcedentibus indiciis facta, confitenti non præjudicat.*
6. *Iudex indebitè torquens ex conſtitutione Carolina capitali pœna puniendus.*

7. Tor-

7. *Tortura indebitè facta exinde probatur, quod diversum non ostenditur.*

8. *Variatio sufficiens indicium est ad torturam.*

9. *Semel competenter tortus, iterum torquendus non est.*

10. *An iterum torquendus, qui primam negaverit confessionem?*

11. *Paria sunt non confiteri vel mediantibus tormentis confiteri.*

12. *Confessio metu carceris vel tormentorum facta notorium non inducit.*

13. *Spontanea delicti confessio non sufficit ad condemnandum.*

14. *Proforma confessionis est ut fiat sponte.*

15. *Confessio erronea revocari potest.*

16. *Post rem confessam & judicatam nihil magis quærendum.*

17. *In Criminalibus Iudiciorum ordo exactè observendus.*

18. Con-

18. *Confessio nihil prodest confitenti.*
19. *An confessio coram Sacerdote facta præjudicet?*
20. *Clericus delictum perpetrandum in genere revelare potest.*
21. *An confessio sub spe gratiæ facta præjudicet?*
22. *Cautelam Iudicis animadverte.*
23. *Mendacem oportet esse memorem.*
24. *Vacillatio legitimis indiciis torturam nondum antegressis, non facit sufficiens indicium ad torturam repetendam.*

QUæstioni enim licet nō semper tamen nec nunquam, etiam si res sit fragilis, fides adhibenda. Nam in tormentibus, tam, qui multa quā, qui nihil pati potest, mentitur; dum hic plura, quam unquam per somnium cogitavit, se perpetrasse fatetur, ille verò, quæ perpetravit, fatem nolit. I

Iuxta

Iuxta l. 1. §. 23. ff. de quæstionib.

1 Ideoque dolori, id est quæstioni, credi non oportere, quod alius alio sit recentior in dolore, quod ingeniosior ad comminiscendum.

Monet. Cic. lib. 2. de invent.

3 Hinc illud Fabii, mentietur in tormentis, qui pati potest, mentietur etiam qui pati non potest. Unde ad torturam temerè deveniendum non est, nisi reus multis indiciis oneratus, &, ut Ulpianus ait, argumentis, luce meridiana clarioribus, penè convictus fuerit.

Iuxta l. 1. § 1. l. 18. §. 1. l. 20. l. fin. ff. de quæst. l. sciant cuncti 25. C. de probat quæ verbotenus canonisata est in c. sciant cuncti. 2. quæst. 8. cui. consonat. P. H. D. Caroli V. art. 6.

Nam prius de delicto commisso cõstare oportet, quam à tormentis incipiatur. Deinde considerare debet Judex an tale sit delictum cujus nomine quis tormentis subjiciend⁹ sit.

Tum

Tum verò & quidem omnium maximè ſpectandum, an delictum aliter, quam per torturam, probari poſſit, cum ad eam non niſi in ſubſidium decurrendum ſit. In criminibus enim eruendis licet quæſtio adhibeatur, non tamen à tormentis ſtatim incipiendum eſt.

Judex igitur in re & cauſa adeò 4
ardua & magna, peritiores, hoc eſt facultates Juridicas & Doctores, conſulat, & ex præſcripto illorum ſententias ferat.

Iuxta Novell. 82. § penult. & Novell. 113. c. 2. quibus conſunat. P. H. D. *Caroli V. art. 7.*

Confeſſio enim metu tormentorũ 5
indebitè, & nullis legitimis indiciis præcedentibus facta, confitenti non prejudicat, nec ex ea reus condemnari poteſt, etiamſi millies & Judicialiter fuerit ratificata.

per l. pen. & ibi tradita Bart. ff. de quæſt. Roland. à Valle conſil. 31. num. 8. &

11. Bru.

Bruno à Sole in cons. suo criminali num. 158. 159. & 160. Ioachim. Mynsing sing. observat. cent. 5 obs. 23. ubi monet prædicta nostro tempore diligenter observanda esse adversus magistratus, qui sine præcedentibus indiciis contra captivos quandoque statim ad torturam properant, & si reus extra torturam ratificet id, quod metu tormentorum antea confessus fuit, mox eum contemnant, uti aliquando mihi in praxi obvenit, quemadmodum exemplo, nisi odiosum foret, remonstrare possem.

Verum tales Judices, ex quo innocentes censeantur damnare, quidam Doctorũ similitudinè supplicii, quidam extraordinarie puniendus esse autumant

Vide Laurent. Kirchovium concl. 66. cent. 4.

Sed crebrior est sententia, Judicem,
6 qui reum sine causa, sine communicatis indiciis torturæ malitiosè subjecit.

fecit, capitali pœna, nisi per Imperitiam deliquerit, subjiciendum esse.

Ægid. Boss. in tract. causar. criminal. tit. de tortura. num. 21. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 64. num. 32. Iacob. Menoch. de Arbitr. Iudic. quæst. cas. 40. vide const. Crim. n. Car. V. art. 61.

Torturam autem indebitè factam esse, probatur eo ipso, quod exactis non ostendatur diversum; stat enim pro reo præsumptio Innocentiæ tamdiu contra Judicem, quamdiu ille sufficientia Indicia præstó fuisse liquidò non demonstrat. 7

Hippol. de Marsil. in l. 1. §. Divus Severus num. 3. ff. de quæstion. Matth. Wesenb. in Paratitl. ad tit. ff. de quæstionib. num. 9. in fin.

Proinde caveat Judex, ne severior legibus, vel illis clementior existat: Cũ autem dicere non queamus, quod reus primò confessus, & postea negãs, non sit varius & vacillans: Et variatio 6

tio seu vacillatio sufficiens indicium ad torturam præbeat.

teste Hippol. de Marsil. in l. de minore §. plurium in 5. column ff. de quæst. & in l. ex libero in princip. ff. eod. & in practic. criminal. §. quoniam num. 5. pag. mihi 254.

Sequetur superveniente novo illo indicio reum semel confessum, iterum torqueri posse: licet tristissima sit Juris regula; quod semel competenter tortus, iterum non sit torquēdus, nisi nova indicia, & quidem urgentiora primis superveniant. 9

per l. repeti posse 16. ff. de quæstionib. Paris de Put. in tractat. syndicatus in verb. tortura vers. viso num. 2. pag. mihi 1039. Adrian. Gilman. in symphor. tom. 2. p. 1. vol. 6. n. 38.

Si enim confessus in tortura legitimis indiciis præcedentibus, posteaq; ad banchum Juris ad ratificandū adductus, negans, non posset repeti in tormentis, sequeretur, quod rarò vel nun-

nunquã punirentur rei & ut plurim ũ furca & minister Justitiæ perderent tempus suum: quia quilibet reus alicujus criminis, sciens se non posse ulteriùs torqueri, negaret illud quod confessus esset, dicendo, se dolorem & tormenta, quæ pati debuerat, passum fuisse, si negavero â periculo mortis tutus & securus ero. Ideoque multi qui se iterum torqueri posse sciunt, ratificant primam suam confessionem, quod non facerent, si se torqueri non posse scirent; Verum si secunda vice ita tortus, se crimen commisisse iterum fateatur, postea verò ad ratificandum adductus iterũ negaret, quod antea confessus, fuisset & diceret, se propter dolorem torturæ confessum fuisse, anne hic iterũ torturæ subjiciendus sit quæritur.

Et licet confessio noviter facta faciat semiplenam probationem, & tortus in ea cum tormentis novis cogatur persistere. 10

secund.

secund. Bald. in l. in bona fidei C. de Iurejurand. & in l. fin. C. de probat per l. 2. ff. de exhibit. reorum & l. 2. §. Divus ff. de quæst.

Attamen, si non sit perseverata talis confessio, nec plenam, nec semiplenam probationem inducet; quoniam non confiteri, & confiteri formidine tormentorum sunt paria. 11

per l. 2. C. quor. appellat.

Confessio autem quæ fit metu carceris vel tormentorum, notorium non inducit. 12

ut ait Benedictus Capra in tract. de notorio, membr. 1. num. 35.

Nec processus ullus juvatur ab hujusmodi confessione sic extorta. Imò etiamsi confessio esset sponte facta, non tamen noceret confitenti, si indicia verisimilia & probabilia non apparerent.

per l. 1. ff si quis ultro ff de quæst.

Spontanea enim delicti confessio sine causa, non sufficit ad condemnandum

dum aliquem pœna capitali, nisi etjam constet delictum fuisse commissum. Volenti enim mori non est habenda fides, nec auditur perire volens.

d. l. 1. §. Divus & §. si quis ultro ff. de quæst. Hip. de Marsil. in pract. crimin. § postquam num. 22. p. m. 75 ubi hanc rationẽ adducit, quod talis sponte confitens delictũ, de quo vertitur pœna vitæ suæ non videatur in plenitudine intellectus, sed magis videatur delirare, & ideo debere sæpius interrogari, ut videatur. an preseveret in tali cõfessione, vel an illam improbet, vel revocet.

Igitur Judex, qui confitentem ad mortem, sine alia delicti probatione, damnat, pariter mortis pœna plecti debet: nec legi dicenti: In confitentem nullæ sunt partes Judicis, nisi in condemnando, locus esse potest; Quando enim quis confitetur crimẽ non convictus, tunc mitius cum eo agendum est quam si negans cõvinceretur.

Auth. sed nouo Iure C. de pœn. Iudic. qui mal. Iudicav. Follerius in pract. Crim. fol. 316. num. 82. Matth. Wesenb. in paratit. ff. de pœn. num. 10.

14 Pro forma enim confessionis habendum, ut fiat sponte & liberè, absq; tormentis, & metu, In Judicio, coram suo Judice (nam quæ sit coram incompetente, non habetur pro judiciali) expressaque idònea cõfessionis ratione & causa. Confessio enim impossibilis & non verisimilis nihil probat, nec nocet confitenti.

per l. 13. & 14 ff. de interrog. action.

Ideoque ad dijudicandum quæ confessio valeat & quæ non, sequentes versiculi observandi sunt.

Major, sponte, sciens, dominus, pars, lis, sed & in se.

Confessus, certum, compos, pro Iudice, Iure

Damnatur: nisi lex, favor, aut natura

15 *repugnet.*

Et licet confessus pro judicato habea-

beatur, confessiones tamen repentinæ, aut calore iracundiæ effusæ, confitentem non obligant, & statim revocari possunt, similiter & errore inductæ, modò error ante sententiam probetur.

Iuxta l. 1. ff. de confess. c. praterea 7. de testib. cogend. Panormitan. in c. cum Venerabilis num. 12. de except. l. ultim. C. de error. Advocat. l. error. C. de Iur. & fact. ignorant.

Quod verum esse arbitror in confessione judicio Jam cœpto facta; Nam ante litem cõtestatam confessio plenam vim probationis, utpote extrajudicialis, non inducit propterea impunè, nisi in scriptis fuerit facta, revocari potest.

l. electio 26. §. penult. ff. de noxal. action. l. 25. cum l. seq. ff. de rei vindicat. Iaſ. in l. error. num. 29. C. de Iur. & fact. ignorant. Matth. Wesenbec. in parat. de confess. n. 7.

Verum cum post rem confessam per- 16

inde atque Judicatam nihil amplius quæri debeat, dubitandi occasionem præbuit, an in confessum ferenda sit sententia, an vero pro Judicato habeatur?

Iuxta l. post. rem. 56. ff de re judic.

Quæ in re in hanc sententiam communiter itum esse, refert Wesenbec. loc. rel. num. 8. Ut, si de piano & sine forma Judicij cognoscat Judex, sententia opus non sit, sed judicem præcipere posse, ut intra legitima tempora, quod confessum est, præstetur: si verò judiciario ordine procedatur, pro more solito super confessione pronunciare debere. Præcipuus enim ordo judicii, præcipuumq; momentum in sententia vertitur.

l. 3. l. 4. l. 5. ff. de confess. l. ult. C. de execut. rei judicat.

17 Unde cum in criminalibus exactè ratio Judiciorum obsetvanda sit.

Iuxta l. libellorum 3. ff de accusat. cum similib.

Seque-

Sequetur definitivam in iis fore neceſſariam proindeq; confeſsionem potiùs vim probationis, juxta morem hodiernum, quam ſententiæ obtinere.

juxta l. ſi confeſſus ff. de cuſtod. & exhibit. reor. Alex. Conſil. 127. num. 2. vol. 4. per l. proinde 25. §. notandum ad L. Aquil. c. Piſanis de reſtit. ſpoliat. Bart. in l. ſi confeſſus ff. de cuſt. reorum.

18 Cum autem confeſsio noceat confitenti, non etiam aliis, nec proſit confitenti, cum nulli in cauſa propria credatur.

l. ultim. C de accuſat. c. 1. ext. eod. l. de ætate 11. §. 1. ff. de interrogat. action. l. 26. §. Titius ff. depoſit.

19 Non incommodè quæritur; An confeſſio Veneficæ coram Sacerdote in loco pœnitentiali (in dem BeichtStuhle) ſponte facta, probet in judicio; Cum autem Sacerdos nõ ut homo, ſed ut Dei vicarius, ſecreta ſcire intelligatur.

juxta

Iuxta c. ſi ſacerdos de offic. ordin.

Propterea que à Judice compelli nõ poſſit, ut ſecreta confeſſionis revelet ſed interrogatus, abſque mendacio, de ſua ignorantia reſpondere poſſit; cum ut homo & teſtis factum, ſuper quo interrogetur, ignoret.

Iuxta Abbat in c. dilectus, de exceſſ. pralat. c. omnis de pœnit. Ioachim. Mynſinger cent. 5. obſ. 41. Gail. lib. 1. obſ. 100. n. 8. Ioſeph. Maſchard. de probat. Vol. 1. Concl. 377. Iacob Menoch. de Arbitr. Iudic. Quæſt. caſ. 180. n. 21.

20 Conſequens erit talem confeſſionẽ confitenti non nocere; Sacerdos enim delictum committendum ſaltẽ in genere, non nominando perſonam, revelare tenetur.

prout tradunt Mynſing. & Menoch. locis relatis.

Et licet Doctores diſputent an con-
21 feſſio, ſub ſpe gratiæ ſibi promiſſæ facta, adverſus Veneficam plenè probet, vigoreque iſtius confeſſionis ad mor-

mortem condemnari possit; teneatque Cagnolus in l. ea est natura 65. ff. de Regul. Jur. negativam, tamen communis sententia est in contrarium.

teste Alciat. in l. natura 177. ff. de verbor signific. Boß. in titul de Confess. nam. 12. vide Eberhard. Speckhan. cent. 1. quæst. 3.

Idque colligitur ex Salominis exemplo lib. 3. Reg. cap. 3. Proinde danda est cautela judici, si duo Magi simul de homicidio accusentur, certòque constet illos duos solos homicidio 22
interfuisse, item ut necesse sit alterũ horum esse noxium, ut simulatè utrumque condemnet, si forte conscientiæ stimulis, verus reus, calcitratus, pro ea exonerandā (cum nullam spem vitæ superesse videat) delictum fateatur, memor salutis æternæ, & ne animam simul cum corpore perdat; & hac ratione, nempè per spontaneā unius confessionem liberetur alter,

qui, revocata statim illa simulata sententia, absolvendus, confessus vero solus executioni mandandus esset:

Verum si post talem simulatam sententiam uterq; reus in sua negatione, etiam usque ad locum executionis persisteret, utrumque absolvendum arbitror; satius enim esset nocentem absolvere, quam innocentem condemnare.

ut ait ICtus in l. absentem 5. in princ. ff de pœn Fichard. in tract. caute larg. caut. 41. ubi concludit, posse tales Reos in causa homicidij relegari, vel simili pœna, ne delictum maneat impunitum, plecti. juxta l. ita vulneratus §. quod si quis ff. ad L. Aquil.

Tandem circa materiam repetitionis torturæ hanc adhibendam esse cautelam Practici suadent: nimirum si Judex quendam versutum contra quem fama laborat, in manibus habet, qui si fuit tortus sufficienter, & tamen noluit confiteri, adeo quod ulterius torqueri non possit, siqui-

dem indicia præcedentia per torturam purgata, & nova nulla reperta fuerint, hunc, ut de novo torqueri possit, sæpius, diversisque temporibus, de delicto & ejus circumstantiis interrogandum, sualque responsiones protocollo, ut vocant, mandandas, nec calamo parcendum esse statuunt; Et si hoc modo ipsum reum in dictis suis varium & vacillantem 23
invenerit; nam oportet mendacem esse memorem, tunc ex tali variatione iterum torqueri posse, cum ista variatio sit novum & ad torturam sufficiens indicium.

teste Angel. de Aret. in tract. malefic. in verb fama publica in 17 char. vers. nono quæro Bart. in l. de minore §. plurium ff. de quæst. & in l fin. in 2. col. eod. tit. Hippol. de Marsil. in sing. 103. incip. varietas & in d. l. de minore in §. plurium in 5. col.

Nisi Reus injustè, hoc est, indiciis le- 24
gitimis non præcedentibus, tortus

fuisset, nam tali casu, etiãsi reus millies vacillaret, non esset vacillatio sufficiens indicium ad torturam.

per gloss. singular. in l. penultim. ff. de quæst. Hippol. de Marsil in pract. crim. §. quoniam num. 27. pag. mihi 260. & hæc de tortura repetenda dicta sufficiant.

Quæstio enim criminalis probationem indiciorum usque adeo desiderat, ut reo confessio, etiam postea rata habita, non sit noxia, in tantum, ut istiusmodi torturalis confessio nec indiciis, quæ postea accidunt, confirmetur.

per l. 1. §. Divus & l. penult. ubi Bart. & Hipp. de Marsil. ff. de quæst. Nicol. Reusner. lib. 3. consil. 16. num. 9.

CON-

CONCLVSIO XI.

HElleboro potiùs, quam igne purgandos esse reor, existimãtes, quoad reum conclusionem in criminalibus præjudicialem fore.

Summaria.

1. *Quando in causa dicatur concluſum.*
2. *Concluſum in causa vel ſententiam eſſe prolatam parificantur.*
3. *Iudicis officium latiſſimum, & veritas ſapiùs examinata magis ſplendeſcit.*
4. *In criminalibus quoad reum nunquã concluditur.*
5. *Renunciatio vel concluſio in cauſa, non obſtat productioni in cauſa criminali.*
6. *Quod fallit ſi fieret ad offenſam rei.*
7. *Non obſtat opinio Bart. in l. unius §. 1. ff. de quæſt.*

8. *Favorabiliores esse debemus ad liberandum, quam ad condemnandum.*
9. *Post conclusionem in causa partes judicis in cognoscendo nullæ sunt.*
10. *Quod fallit in probationibus noviter repertis.*
11. *Fallit etiam in probationibus notoriis.*
12. *Contra tres conformes sententias non opponitur, nisi exceptio fuerit notoria.*
13. *Causæ matrimoniales criminalibus adaquandæ.*
14. *Sententia in matrimonialibus nunquam transit in Iudicatum.*
15. *Nullum vinculum vel sententia peccatorem, propter animæ periculum in peccato defendit.*
16. *Actio popularis uno agente consumitur.*
17. *Contractus vel vi vel metu initus est ipso Iure nullus.*
18. *Matrimonia debent esse libera.*

19. *Vo-*

19. *Voluntas coacta etiam voluntas est.*
20. *Qui sua culpa damnum sentit, non intelligitur sentire.*
21. *Quicquid per vim fit, incidit in crimen vis aut publicæ aut privatæ.*
22. *Stuprator stupratã & ducet & dotet.*
23. *Allegationes juris post conclusionem an exhiberi queant.*
24. *Conclusio est terminus exclusivus omnium probationum.*
25. *Quæ regula procedit in probationibus facti non Iuris.*
26. *Iura semper allegari possunt.*
27. *Conclusio cum oblatione, si quid facti utilis est.*
28. *Virtute hujus clausulæ officium judicis imploratur.*
29. *Iuramentum deferens in supplementum probationis, an possit peti post cõclusum in causa.*
30. *Quilibet pro salute sua jurare præsumitur.*

31. *Actori*

31. *Actori non defertur Iuramentum etiamsi præsumptionem pro se habeat.*

32. *Maximè in causis magnis & gravibus, ubi probationes debent esse luce meridiana clariores.*

33. *Iudex potest ex officio Accusato, antequam eum absolvat, juramentum purgationis deferre.*

34. *Accusatus si jurare recusat, paribus cæteris, tortura subjici potest.*

35. *An post terminum adsignatum ad probandum juramentum peti queat?*

36. *Iuramenti præstatio est species probationis.*

37. *De jure Saxonico certus ad probandum constitutus est terminus.*

38. *Terminus probatorius ipso jure est peremptorius.*

39. *Suspectus videtur, qui sponte sibi juramentum deferri petit.*

40. *Quod quis lege permittente facit, hoc juste facit.*

41. Ho-

41. *Honesta petentibus non est denegandus adsensus.*

42. *Qui actum ex necessitate faciunt, illis succurrendum.*

COnclusum enim in causa dicitur, quando utrinq; probationibus & allegationibus renunciatũ est. 1

Hartm. tit. 17. observat. 2. & 3. Ioachim. Mynsing. cent. 6. observat. 56. num. 2. & seq se Andr. Gail. lib. 1. observat. 71. num. 17. & est text. in c. pastoralis de cauſ. poſſ. & propriet. ubi Innocent. num. 1. Hippol. de Marsil. in pract. crim. § sequens num. 9. Speculat. in tit. de renunciat. & conclus. n 3.

Unde parificantur, cõclusum in causa. vel sententiam esse prolatam. 2

per text. in l. si rem § final. ff. de evict. & in l. quamvis indubitati C. ad L. Iul. de adult. Hartman. tit. 5. obs. c. num. 6. Andr. Gail. 2. obs. 103. num. 2. Hippol. de Marsil. § sequens num. 15.

Quæ tamen parificatio in civilibus quoad

quoad partem, cui ex concluſione manus ligatæ ſunt, procedit; ſecus quoad judicem, cujus officium facta concluſione non conquieſcit.

Iuxta gloſſ. notab. in clem. ſæpè in verb. interrogabit de verbor ſignificat.

3 Cum enim Judicis officium latiſſimum, & veritas ſæpius examinata magis ſplendeſcat in lucem, congruũ & rationabile eſſe videtur, ut, ubi tractatur de vita hominis, ſemper reo, non obſtante concluſione, ſuas probationes & defenſiones proponere integrum ſit: Poteſt enim reus defenſiones ſuas non ſolum ante publicationem teſtium, ſed etiam publica-

4 tis jam atteſtationibus, adeoque poſt concluſionem, proponere; in criminalibus enim quoad reum nunquam in cauſa concluditur.

per text. ſingul. in l. unius §. cognitu-rum (ponderando verba quocunq; tempore) ff. de quæſt. ubi Bart. num. 3. & ea quæ tradit Ioach. Mynſing. cent. 3. obſerv.

observ. 17. num. 13. & cent. 5. obs. 13. num. 4. item cent. 6. observ. 56. num. 8. Andr. Gail. lib. 1. de P. P. cap. 8. & lib. 2. c. 7.

Renunciatio enim vel conclusio in causa non obstat productioni in causa criminali. 5

l. Iurisgentium §. si paciscar. ff. de pact. Angel. in l. per hanc C. de tempor. appellat.

Et licet hæc opinio Dd. sit communis & vera, quod nimirum in criminalibus non obstet conclusio in causa, attamen istud non procedit, ubi ad offensam Rei nova petitur examinatio, quia tali examinationi obstat publicatio. 6

uti notabiliter dixit Salic. in l. fin. in ult. col. C. de quæst. & voluit Francisc. de Aret. in c. fraternitatis de testib. quos refert & sequitur Felin. Sand. in c. cum clamor. in 3. col. de testib.

Nec obstat Bart. in l. unius §. 1. ff. de quæst. ubi dicit quod publicatio testium 7

stium non obstet, quo minus ad offensam alii testes examinari possint.

quod etiam dicit Ang. de Aret. in tract. suo malefic. in verbo, comparuerunt in ult. chart. in vers. quaero ubi ad hoc etiam allegat. Bart. in sua disput. incip. Iudex maleficiorum.

Respondetur enim dictum Bart. in l. unius ut & aliorum, locum habere, si super novis capitulis testes recipiantur, non autem super eisdem, secus autem ad defensam: quia possunt recipi, publicatis attestationibus etiam super eisdem capitulis.

Salicet in l fin. C. de quaest. in ult. col.

8 Quia favorabiliores esse debemus ad liberandum quam ad condemnandum.

per l. Arrianus ff. de act. & obligat. l. favorabiliores ff. de reg. Iur. antiq.

9 Unde licet post conclusum in causa civiliter intentata partes Judicis nullæ sint ampliùs in cognoscendo; cum jam sit cognitum, nec opus sit cognoscere, sed cognitum esse.

ut voluit Bald in l. 1. in 2. col. ff. de condict. indeb. gloss. in l. si rem §. quolibet tempore ff. de evict. quæ dicit, quod denunciatio per emptorem de lite mota, potest fieri venditori quolibet tempore gloss. ibi hoc restringit, nisi esset conclusum in causa & illam gloss pro singulari allegat Bald. in l. fin. C. de usur rei judicat.

Attamen fallit hoc in probationibus post conclusionem noviter repertis. 10

per text elegant in c pastoralis de except. ubi plures casus recensentur vide And. Gail. lib. 1. obs. 107. n. 10.

Ut & in notoriis; quia notoria possunt produci post conclusionem in causa, videntur enim excepta in qualibet dispositione. 11

ut voluit Abb. in c. Iudex de offic. delegat. lib. 6. ubi dicit, quod licet post concluſum in causa partes non audiantur, quod tamen fallit secundum eum ibi. nisi pars velit opponere exceptionem notoriam, quæ non requirit probationem

nem, nam admittitur poſt concluſionem in cauſa, ut in c. quoniam de ſi. presbyt. c. pervenit & c. propoſuit. de appellat.

12. Licet enim contra tres conformes ſententias non poſſit opponi aliqua exceptio, poteſt tamen opponi exceptio notoria, quæ ex inſpectione ipſius ſententiæ apparet.

uti videre eſt in clem. 1. de re Iudicat. Bald. & Salic. in l. 1. C. ne hic, in ead. cauſ. tert. provoc Hipp. de Marſil. in repet. l. fin. C. de probat in 17. quæſt.

13. Verum cum cauſa matrimonii gravis & ardua, & ideo quoad juris diſpoſitionem criminalibus æquiparanda ſit, non immerito ambigitur, an & in hac, non obſtante concluſione aut publicatione teſtium, novæ probationes fieri queant?

Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 94. n. 1. & ſeq.

14. Cum autem ſententia in cauſa matrimoniali, maximè contra matrimoni-

monium lata, nunquam in rem judicatam transeat.

Iuxta text. in c. lator. ubi gloss. in verb. permanere de re judicat. text. in c. tenor. & in c. consanguinei eod. tit. ubi Panormit. idem in c. ex literis num. 12 de consang. & affinit. Gail. 1. obs. 105. num. 5.

Quia nullum vinculum vel sententia 85
potest peccatorem, propter animæ periculum, in peccato suo defendere, æquum esse videtur, quocunque tempore, etiam non obstante sententia, novas probationes, super iisdem vel directo contrariis articulis produci, deque impedimento doceri posse; idque adeò verum, ut non solum pars ipsa de impedimento quandocunque, sed etiam quilibet de populo, docere queat.

per text. in c. videtur & in c. fin qui matrim. accus. poss.

Licet alias actio popularis uno agente consumatur.

per

per text. in l. eum qui §. in popularibus ff. de Iurejur. Andr. Gail. lib. 1. observ. 112. num. 4.

16 Ubi quæstionem hanc annectere lubet, An pro qualitate circumstantiarum, maximè personarum conditione, promissor cogi possit, ut stet promissis?

17 Et licet pro negativa militent hæc fundamenta: Quod (1.) contractus vel vi vel metu initus, sit ipso jure nullus etiamsi jusjurandũ accesserit.

c. veniens 2. & c. consultationi X. de sponsalib. l. Titia 134. ff de verbor. obligat.

Et (2.) Matrimonia debeant esse libera, nec pendere ab alterius arbitrio.

l. 14. C. de nupt. l. libera 2. C. de inutilib. stipul.

Solent enim coactiònes ut plurimũ difficiles habere exitus.

c. requisivit. de sponsalib.

18 Per consequens igitur inviti & nolentes legitimum non contrahunt matrimonium.

422

l.22.ff. de rit.nuptiar.l.12. & 13. C. de nupt.

Tamen affirmativa opinio verior est: Nam (1) voluntus, etsi fuerit coacta, est tamen voluntas. 19

ut notat gloss. & ibi Dec. in l. velle. ff. de reg. Iur. Andr. Cail. lib. 2. observat. 93. num. 5.

Maximè quando violentia non infertur præcisè, sed est conditionalis: puta, nisi feceris interficiam te, in eo enim quod eligit ita facere quã mori ejus voluntas est.

ut declarat. text. in c. merito 15. q. 2. & c. majores X. de baptismat.

Per consequens consensus, licet sit coactus, ad matrimonii contractum sufficiens est: Si enim (2.) nihilominus est matrimonium, si filiusfamilias patre cogente ducat, quã non fuisset, ducturus, si sui arbitrij fuisset, sequetur ad matrimonium aliquem imputnè cogi posse: At priuseſt verum.

per l. si patre 22. ff. de rit. nuptiar.

Poste-

Posterius igitur: maximè cum adolescens ipse sciens ac prudens, cæco quodam libidinis impetu, se sponte periculis exposuerit; quo casu Juris
20 regula attendenda: Eum, qui sua culpa damnum sentit, non intelligi sentire, sed sibi potius accepto ferre debere.

l quod quis 203. ff. de Reg. Iur. c. damnum de reg. Iur. in 6.

21 Itaq; ad contraria responderi potest; (1) non videri propriè vim adhiberi: quod exinde evincitur: quicquid enim per vim fit, incidit in crimen vis aut publicæ aut privatæ.

per l. hoc Iure 152 ff. de reg. Iur.

Et si in crimen vis aut publicæ aut privatæ incidit, legibus quoque publicorum aut privatorum judiciorũ erit cohercendum, idque vel publicatione tertiæ partis bonorum, vel notâ infamiæ, vel deportatione, aut ultimo supplicio.

per l. ff. de vi privat. §. item lex Iulia. Inst.

Inst. de public. Iudic. l. qui dolo in fin. & l. penult. ff. de vi public.

At, qui cogit stupratorem, ut ducat stupratam in neutrum horum criminum incidit, neq; propter coactionem accusari potest: præcipuè cum JCtus rectè dicat: quod metus stupri bonis viris, maximè parentibus, qui pro affectu magis pro liberis terrentur, major esse debeat, quam mortis.

Iuxta l. 8. §. quod si 2. ff. de eo quod met. caus.

Ergò ejusmodi compulsio nec vis appellitanda, nec pœna dicenda, sed potius summa æqualitas & beneficiũ censenda: Nam æquum est ut is, qui læthale vulnus intulit, de medicamẽtis sit sollicitus, & qui commodum sensit, sentiat & onus.

juxta c. qui sentit. de reg. Iur. in 6.

Secundum argumentum nihil stringit; cum enim ab initio, libera contrahendi in stupratore fuit potestas,

meritò ex post facto erit hic contractus necessitatis.

l. sicut 5. C. de obligat. & actionib.

2 2 Quæ sententia confirmatur auctoritate Juris Divini, dum disertè statuit: ut stuprator stupratam ducat Uxorē & dotet.

Exod. 22. vers. 16. & Deuteron. 22. vers. 29.

Quod & jure Canonico repetitum est etiamsi dixerit, eam non esse virginem, & sibi sponte mœrem gessisse.

c. 1. ubi Panormit. extr. de adult.

Quæ constitutio Juris Divini, cum naturalem rationem & æquitatem habeat, meritò primas obtinere, ac omnibus omnium traditionibus, & sic Juri Canonico, qui copulam conjunctivam ET in disjunctivam AUT resolvit, præferri debet. Præsertim cum Jura Canonica, eorumq; Interpretes dicant: Jus Divinum in causis cognoscendis & dijudicandis sequēdum, quoindeq; non solum peccatri-

trimonio respondendum, sed etiam in stupratorem illum, si promissis stare recusat, vigore publicæ disciplinæ gravissimè animadvertendum esse.

d. § item lex Iulia Inst. de publ. Iudic. l. 1 ff. de extraordinar. criminib.

Vigor enim publicæ disciplinæ in tanta morum licentia postulat, ne maleficia maneant impunita.

l. locatio 9. §. 5. ff. de public. Iud. l. ita vulneratus 51. in fin. ff. ad L. Aquil.

Sed severissimè, sine ullo personarũ respectu coërceantur: prout JCtus prudenter & graviter dicit: Multis personis grassantibus, oportet aliquando exemplum edere, & supplicia malefactorum exasperare.

in l. aut facta 16. in fin. ff. de pœn.

An autem informationes juris, etiã 23
post concluſum in causa, ad præcidẽdam disputandi vel cavillãdi ansam, allegari & exhiberi queant, à nonnullis controvertitur, cum enim hujusmodi scripturæ extra, judicialiter,

parte alterâ non auditâ, exhibitæ, pars actorum non ſint factæ, meritò fidem, quatenus factum in Actis non deductum concernunt, non faciunt; quia judex ſecundum allegata & probata judicare debet.

per l. illicitas. §. veritas ff. de offic. præſid. l. acta ff. de re Iudicat. c. quoniam contra de probat. Guid. deciſ. 241. Alexand. conſil. 64. n. 8. vol. 3.

24 Cum enim concluſio ſit terminus excluſivus omnium probationum, propterea quod factâ concluſione dicatur de cauſa liquere, nihil ulterius producendum videtur.

Iuxta gloſſ. in c. ſignificaverunt. in ver. liquere & ibi Felin. de teſtib. Hip. pol. de Marſil. in pract. crim. §. ſequens num. 28.

Verum cum procedant hæc omnia
25 in probationibus facti, non etiam juris; in conſiliis Doctorum aliud ſtatuendum arbitror; quia etſi concluſum ſit in cauſa, non tamen per hoc cen-

censetur præclusa via probationibus juris.

Iuxta Bald. in Auth. Iubemus n. 9. C. de Iudic. per l. quamvis indubitati C. ad L. Iul. de adult. Andr. Gail. lib. 1. observat. 107. num. 13.

Semper enim leges & jura allegari 26
possunt. Et quamvis Felin. in c. cum dilectus de fid. Instrum. num. 26. & seq. hoc impugnet: Tamen hoc verissimum esse non ambigo, si ad allegationes juris nova non petatur dilatio: alias secus, quia illa deneganda esset.

l. cum à nobis C. de dilat. Ioachim Mynsinger. cent. 6. observat. 5. num. 15. & 16.

Unde eruditi Advocati sibi provide- 27
re solent, ut in causa non aliter quam cum clausula oblationis, si quid facti, concludant; hujus enim clausulæ vigore, conclusiones in camera sæpè rescissas, ulteriores que probationes facti injunctas esse.

testatur voto Cam. 6. lib. 2. decis. Adrian. Gilman. decis. 28. num. 3. 4. 5. 6. & 7.

28 Quia virtute dictæ clausulæ judicis officium imploratum censetur, unde illud meritò impartiri debet.

per notat. Dd. in l. nnic. C. ut quæ def. Advocat part. Iud. suppl. Andr. Gail. d. observat. 107. num. 9.

Pro complemento hujus materiæ conclusionis in causa notabilem addam quæstionem, videlicet; an post

29 conclusum in causa, possit peti deferri juramentum in supplementum probationis, vel quod causa decidatur cum consilio sapientis, aut alia similia; & non posse post conclusum in causa peti, ut Juramentum in supplementem deferatur.

ait Bart. in l. admonendi in ult. col. ff. de jurejur. & Bald. in l. 2. ff. & in l. in bonæ fidei in 1. col. C. de Iurejur. idem in l. nec causas C. de app. ubi dixit.

Post conclusum in causa nihil facti pro-

produci posse: quod maximè locum sibi vendicat in criminalibus, in quibus quilibet pro salute sua jurare præ- 30
sumitur: Ergo non est danda materia pejerandi, nec deferendum juramentum ei, quem est verisimile pejeraturum, etiam stante semiplenâ probatione.

per l. fin. C. de probat. l. dolum C. de dolo & in l. metum C. quod met. caus. gloss. in c. tam literis extr. de testib. quæ dicit.

In causa criminali etiam civiliter mota, licet Actor habeat præsumptionẽ 31
pro se, non tamen ei defertur juramentum in supplementum probationis, sed habebit locum regula: Actore non probante, Reus, etsi nihil præstiterit, definitivè venit absolvendus. Quod intelligendum est de causis magnis & gravibus, ubi de pœna 32
corporali agitur, in quibus probationes debent esse luce meridianâ clariores.

Iuxta l. ultim. C. de probat. l. qui sententiam C. de pœn.

Aliâs judex accusato, antequam eum
33 absolvat, juramentum purgationis deferre potest.

uti tradit Castr. in l. 3. ff. de Iurejur. quem sequitur Iason. ibid. num. 21. in princip. & in l admonendi in 2. lectur. num. 231. in fin. Ioachim à Beust. in d. l. 3. ff. de Iurejur. num. 53. p. m. 211.

34 Verum si accusatus iste non vellet præstare istud juramentum purgationis, tunc haud dubiè, præsuppositis terminis habilibus, judex posset procedere contra eum ad torturam, pro eruenda veritate, ad quam principaliter inventa est.

toto tit. ff. & C. de quæst.

Quod verum esse limitatur, nisi accusator ultra semiplenam probationem haberet pro se adhuc aliquam præsumptionem, vel indicium bonum, quo casu, si accusator esset vir inculpatæ vitæ, posset ipsi juramentum suppletorium deferri.

teste Iason in l. 3. num. 21. & 22. & Alexand. ibi num. 13 ff de Iurejurand.

Circa quam quæstionem haud inelegánter potest quæri, numquid post terminum adsignatum ad probandum possit peti & præstari Juramentum? Hanc quæstionem Jason. in l. admonendi in 2. lect. num. 266. finaliter ita resolvit, ut dicat, si parti simpliciter sit statutus terminus ad probandum, quod tunc admittatur post illum terminum probatio per juramentum. Si verò sit statutus terminus ad probandum non simpliciter, sed per verba universalia, puta, per omne genº probationis, quod tunc non admittatur: Quia juramenti præstatio est species probationis, & ideo excluſus à probatione, videatur quoque excluſus à juramento. 35 36

arg. l. in contractibus §. illo C. de non num. pec. Bald. in c. fin. num. 25. de Iurejurand. Caccialup. ad l. admonendi num. 242. ff. de Iurejur.

37 Cui concluſioni jus Saxonicum, quo ſtatutus eſt ad probandum certus & quidem peremptorius terminus, nimirum ſex hebdomadarum & trium dierum, adverſari videtur.

ut eſt text. Landrecht / *lib.* 1. *art.* 62. *ibi*, gezeugnüß ſoll man in ſechs Wochen / *& ibi gloſ. in litem F. &* Weichbildt / *art.* 75. *& art.* 86.

Elapſo namq; prædicto termino videtur dicendum, quod pars cum petitione & præſtatione hujus juramenti, amplius non ſit admittenda, cum terminus probatorius ſit ipſo jure peremptorius.

Ioſeph. Maſchard. de probat. vol. 1. *quæſt.* 6 *num.* 144.

38 Verum conſuetudo obſervat, petitionem hujus juramenti nō tantum poſt *didicita* teſtium dicta, ſed etiā in leuteratione, imó & in appellatione locum habere.

quemadmodum tradit Curt. ad d. l. admonendi num. 11. *ff. de Iurejur.*

An

An autem hoc Juramentum imperſonaliter, hoc eſt ſine nominatione certæ perſonæ vel perſonaliter, utputa quando actor vel reus ſuæ perſonæ hoc deferri cupit, petendum ſit, ambigitur; Et perſonaliter, ut Dd. loquuntur, petendum eſſe exiſtimo: forte hâc vel ſimili formâ; **Als N.N. numehr der Rechtlichen Zuverſicht lebet/daß er ſo viel/als zu behauptung ſeiner** intention **nötig/mit genugſamen beweißthumb erſtattet/ zum fall aber daran vber Zuverſicht verfehlen ſolte/als bittet er jhme in** ſupplementum probationis juramentum ſuppletorium ſive neceſſarium zu deferiren.

Et iſte modus petendi in praxi 39
quotidiè obſervatur.

Licet enim ille, qui ſponte ſibi juramentum deferri petit, ſe propter aviditatem jurandi ſuſpectum reddat.

uti loquuntur Dd. in d. l. 3. §. 1. verſ. alioquin per illum text. ff. de Iurejur. &

text. in l. uxori §. 1. ff. ad L. Corn. de falſ. l. quæ omnia §. 1. ff. de procurat. & l. ſi quenquam ubi gloſſ. in verb. in vitus C. de Epiſcop & Cler.

Suſpicio tamen illa in perſona juramentum hoc petente non militat: Petit enim hoc ipſum, quod ſibi de jure permiſſum eſt; Cum ergo hoc facit, quod jus permittit, certè abſq; 40 ſuſpicione hoc facere cẽſetur: Quod enim quis lege permittente facit, juſtè feciſſe cenſetur.

vulgata l. Grachus in princip. C. ad L. Iul. de adult. l. nemo damnum ff. de reg. Iur.

41 Non enim eſt denegandus adſenſus honeſta petenti, ne auxilium denegetur his, qui juſta precantur.

l. 2. ff. de his qui ſui vel al. jur. ſunt. §. ult. Inſt. eod. l. 1. §. quod autem ff. de offic. præf urb. & l. Iuſtum C. eod.

42 Ad hæc non tam ſponte, quam ex neceſſitate, ut ſcilicet ſuppleat ſemiplenam probationem, hoc juramentum

tum petere censetur; Ergo ipsi succurrendum, solet enim illis succurri, qui actum ex necessitate faciunt.

l. si fidejussor §. si necessaria. ff quemad. satisdar. cogant.

Quoties igitur justa causa judicem ad deferendum hoc Juramentum movet, toties etiam cogit ipsum pro jurante judicare & sententiam ferre.

prout vult ICtus in d. l. admonendi vers. solent. ff de. jurejur.

CONCLUSIO XII.

TEla Judicii modo prædicto ritè fabricata, consequens erit, processui per sententiam definitivam, aut absolvendo aut condemnando, & postmodum exequendo finem imponere.

Summaria.

1. *Sententia non continens absolutionem aut condemnationem est ipso jure nulla.*

2. *Sententia non potest ferri per verbum gerundivum.*

3. *Ad positionem consequentis sequitur positio necessarij antecedentis.*

4. *Sententia quæ dicit, pronuncio sicut in tali consilio, quid operetur?*

5. *Sententia valida est, quæ declarat factum si lex super tali facto certam pœnam imponit.*

6. *Sententia legis vel canonis non habet executivum judicis officium, nisi sequatur sententia hominis.*

7. *Sententia aliquem indeterminatè relegans, intelligitur per decennium relegare.*

8. *Sententia non conformis petitioni, aut controversiæ, fatua reputatur.*

9. *Iudex super non deductis coram se protestatem non recipit.*

10. *Quod magno conflictu decretum, hoc præcipitanter non est diffiniendū.*

11. *Quæ*

11. *Quæ pro publica utilitate introducta sunt, à partibus remitti nequeunt.*

12. *Sententia publicè, coram officialibus, in loco majorum, non autem secretè ferri debet.*

13. *Actus clandestinè celebratus, ut fraudulentus reprobatur.*

14. *Sententia in loco parum idoneo & tempore minus congruo lata, parte nõ opponente sustinetur.*

15. *Vt de loco ad locum, sic de tempore ad tempus fit prorogatio.*

16. *Sententia petitioni difformis invalida censenda est.*

17. *Mulier ratione illatæ dotis præfertur omnibus alijs creditoribus, etiam anteriorem hypothecam habentibus.*

18. *Errant qui inquisitum absq; sententia declaratoria condemnandũ esse arbitrantur.*

19. *Verba futuri temporis, non sunt leges latæ, sed ferendæ sententiæ.*

20. Pœna

20. *Pœna non vindicanti mortem defuncti ipſo facto infligitur hæredi.*

21. *Contra perſonas Eccleſiaſticas non conceduntur repreſaliæ.*

22. *Advocatus patrocinium denegans foro carebit.*

23. *Qui litem derelinquit cadit à jure ſuo*

24. *Emphyteuta non ſolvens canonem cadit à jure.*

25. *An in notoriis requiratur ſententia?*

26. *Notorium æquiparatur ſententiæ.*

27. *In notoriis executivè proceditur.*

28. *Adverſus non citatum, modò non competat defenſio, valet ſententia.*

29. *Sententia non debet ferri de facto.*

30. *Abſolutus exceptione rei judicatæ tutus eſt.*

31. *Sententia de exceptis criminibus lata executionem paratam habet.*

32. *Appellationi in criminibus exceptis deferendum non eſt.*

Sen-

SEntentia enim quæ negotium principale per condemnationem aut absolutionem finaliter non determinat, puta quod in negotio principali non sit absolutoria neq; cõdemnatoria, insufficiens, imò ipso jure nulla, nec sentẽtia dicenda est. 1

ut est text. in l. præses. & in l. cum judex. C. de sentent. & in l. ait prætor. §. 1. l. præses. l. in summa ff. de re judicat. Robert. Marant. in spec. aur. part. 6. act. 1. num. 3.

Sententia itaq; debet esse talis, ut judicium & cõtroversiam de præsenti diffiniat, & nõ in pendenti relinquat.

l. non quemadmodum ff. de judic.

Idcirco talis sententia, per verba gerundiva vel futuri temporis concepta (nimirum talem condemnandũ vel absolvendum esse) non minimo nullitatis vitio laborat; præsertim si in sententia non præcederet verbum aliquod, quod de præsenti diffinitionem importare posset; quod secus esset 2

set, si præcederet verbum præsentis temporis diffinitivum, & postmodū quoad implementum & executionem ipsius sententiæ aliud verbum futuri temporis enunciativum, quod virtualiter & implicitè suppositi negotii de præsenti declarativum foret, adjiceretur. Exempli gratia; si diceretur declaramus seu diffinimus rem, de qua agitur, ipsi actori fore restituendam. Nam eo ipso, quod declaratur rem restituendam esse, virtualiter rem illius esse & ad illum
3 spectare declaratur; Ad positionem enim consequentis, sequitur positio necessarij antecedentis.

l. rem ad mobilem. l. ad legatum ff. de procur. l. 2. ff de jurisdict. omn. judic. l. Pomponius versic. sed & is ff. eod. Alex. Consil. 52. in fin.

Quamvis in nostra materia tutius sit, si post illa verba gerundiva addantur sequentia; prout & nos reum inqui-
4 situm cõdemnamus vel absolvimus:

alia

alias si simpliciter diceret, pronũciamus vel absolvimus, prout in tali cõsilio continetur, nõ esset aliquis condemnarus nec absolutus, ista enim sententia post se aliam sententiam expectaret.

juxta Alex. in l. stipulatio. §. si quis ita 2. col. 4 ff. de verb. obligat. Robert. Marant in speculo Aur. part. 6. act. 1. num. 15. p. m. 368.

Si autem Judex factum super quo dubitabatur declararet, puta dicendo, talem veneficii ream declaramus, sententia subsisteret, Quando enim pœna vel executio Ipso jure succedit, tunc sententia in continenti contra hujusmodi delinquentes à lege robur accipit, priusquam autem sententia feratur, executio aliqua contra quoscunq;, quantumvis criminolos, decernenda non est.

per text. in c. cum secundum. §. fin. de hæret. in 6. & c pro human. in fin. de homicid. in 6. Felin. in c. Rodophus in verb. sed declaratoria. de rescript.

In pœnis enim sententia Judicis re-
6 quiritur, ideoq; sententia canonis vel legis non habet officium judicis executivum, nisi sequatur hominis sententia cum causæ cognitione.

Hippol. de Marsil. in pract. crim. § aggredior. nnm. 107. & 114.

Ex quibus datur intelligi, quod si Ju-
7 dex sine temporis aliqua præfinitione aliquem relegaret, sententiam fore validam: Cum tempus quod deest, à lege supplererur, talisq; per tempus decennij relegatus intelligeretur.

per text. in l. fine præfinito. ubi Bart. ff. de pœn. quem pro singulari adducit. Bald. ad hoc in l. 1. C. de postul. & in c. ex literis. col. 6. de constit.

Et licet incertitudo prædicta actum, qui ex Juris dispositione declarari potest, nõ vitiet, attamen hoc ipsum quoad ipsas partes, ad quas juris declaratio non spectat, non quoad judicem, qui jus ipsum declarare, non autem inconsulto ad aliud se referre debet intelligendum erit. pro

prout not. Aretin. Consil. 28 col. 2 in 2. dubio quem retulit & secutus est Aym. Cravet. Consil. 162.

Sententia itaq; per se, vel relationem ad aliud negotium propositum, diffinire debet, alias proprios affectus sententiæ non operatur, nec debet tali nomine nuncupari.

l. præses 3. C. de sentent. l. res judicata ff. de re judic. Speculat. in tit. de sent. §. 2. vers. diffinitiva.

Idcircò, si eadem sententia non esset conformis petitioni, in partiũ & controversiæ, non posset dici, quod illã dirimeret & diffiniret, & propterea non valeret, quasi quod Judex extra interrogata respondisset, vnde fatuus dicendus esset, qui in aliud, quam ab eo fuerit petitum, condemnaret. 8

ut dicit text. in l. fin. C. de fideicom. libert.

Juxta enim petitionis formam sententia dictati debet.

per text. in c. licet Hely. de simon clem. sæpè

sapè. vers. verum. de verb. signific.

Nam Judex super non deductis co-
9 ram se potestatem non recipit.

per text. in l. ut fundus. ff. commun. dividunt.

Cavendum igitur ut nullitates & defectus ex ipsamet sententia ratione solennitatis illius resultantes evitentur, atque ita primo sententia in mente Judicis per maturam deliberationem concipiatur, & in scripturam redigatur, deinde litigatoribus horâ audientiæ consuetâ, & loco solito, per judicem pro tribunali sedentem, publi-
10 cetur: Quod enim magno conflictu decretum, hoc præcipitanter diffiniri fas non est.

ait Imp. Constant. ad Bassam. præs. Prætorio in l. quod magno. 7. C. comminat. Epist. programm. subscript. auctor. rei Iudic. non hab.

Idcirco sententia si non fuisset prius scripta, quam proferretur, non valeret: Pro forma enim requiritur, ut

primo

primo scribatur, & deinde recitetur, alias talis prępostеratio ordinis vitiaret: Cum enim ista solennitas pro publica utilitate introducta sit, à partibus remitti nequit. 11

Iuxta theoricam Innoc. post. gloss. in c. in causis de offic. delegat.

Hæc igitur juris solennitas ad validitatem actus servanda est, alias non valet.

arg. l. 1. & ibi gloss ff. de injust. rupt. irrit. testam. Felin. in c. quoniam frequenter, col. 3. ut. lit. non contest.

Et licet quidam Dd. hanc scribendi solennitatem, de expresso partium consensu omitti, sententiam sine scriptis proferri, & testibus probari posse statuant.

ut voluit speculat. in tit. de sentent. §. iusta. col. 5. vers. non valet, & ibi Ioh. Andr. qui adserit Guilielm. de Cun. hoc tenuisse in Auth. nisi C. de sent. ex brevic. recitand.

Attamen opinio gloss. in c. si item

Host.

Hoſt. & Berah. in c. de cauſis. de of. fic. delegat. magis amplectenda & in ferendis ſententiis ſequenda eſt: Si enim illa ſolennitas Juris, ut antea dictum, in publicum favorem introducta eſt, à partibus ei renunciari nō poteſt.

juxta l. jus publicum ff. de pact. & l. nemo poteſt. ff. de legat. 2.

Quod ſi enim teſtibus probaretur, ſententia non haberet favorem ſolitum, nec executionem paratam, prout haberet ſi de ea ex ſcriptura apud acta ſolenniter conſtaret.

12 Deinde dixi ex ſolennitate ipſius probationis ſententiæ requiri, ut per judicem in loco ſolito majorum publicè, hoc eſt, pro tribunali ſedente, non autem privatim & ſecreto loco; ſed tempore congruo, h. e. de die & non de nocte, promulgetur, alias ſententiam non valere: Actus namq;

13 ſecretè & loco non ſolito clandeſtinè celebrati, quaſi fraudulenti reprobantur. *arg.*

arg. c. quia propter. in fin. de elect. c. cum inhibitio de clandest. desponsat. c. qua fronte de appellat. Dec. consil. 329 part. 3. post Baldum. in l. 1. C. de interdict. mut.

Quod tamen fallit, si jurisdictio judicis esset tempore peritura. 14

Hipp. de Marsil. in pract. crim. §. constante. n. 19.

Quod si autem locus & tempus minus idoneum partibus intimatum, nec ab ea intimatione appellatum fuisset, sententiam ex hoc minimè improbandam putarem; de loco enim ad locū, ut de tempore ad tempus, partibus hoc scientibus & tacentibus prorogationem fieri, indubium est. 15

teste Bald. in l. fin. ff. de just. & jur. Alber. de Rosat. in l. cum sententiam. C. de sentent. Aym. Cravett. Consil. 140. col. 2.

Talis igitur sententia, quæ condemnationem vel absolutionem, aut de-

claratione m controversiæ in judicio
propositæ, per se vel æquipollens nõ
continet, ipso jure nulla dicenda, per
consequens, ut controversiæ propsi-
tæ difformis, pro invalida reputanda
16 erit; cum dici non possit, quod con-
troversiam dirimat & diffiniat.

arg. l. 1. §. si quis ff. de verb. obligat. l. de ætate §. cum prætor. ff. de interrogat. act. & est text. juncta gloss. in c. inter dilectos. in verbo petitionis de fid. instrum.

17 Et ideo licet mulier quæ in instru-
mento dotali bona mariti habet ex-
presse obligata præferatur ipso Jure
omnibus allis creditoribus, etiam
anteriorem hypothecam habentib⁹.

Iuxta l. assiduis C. qui pot. in pignor. hab. & in l. 1. ff. solut. matrim.

Attamen ipsa mulier non poterit im-
pedire creditores mariti, nisi primo
agat contra virum, & petat sibi ex ju-
sta aliqua causa, puta quod maritus
ad inopiam vergat, dotem adsignari,
& su-

& super hoc sententia judicis declaratoria fuerit secuta.

prout not. Paul. de Castr. in l. 2. in pr. in 1. col ff. solut. matrim. Iacob. Thoming. decis. 207. Cyn. & Bald. post gloss. in l. ubi adhuc in 11. quæst. C. de Iur dot.

Ex quibus omnibus luce meridiana clarius evadit, etiamsi lex vel statutū aliquem condemnaret, tamē judicis sententiâ opus esse; Pernitiosissime 18
itaq; errant tarrarum Judices, qui hunc vel illum inquisitum, nulla sententia prævia torturæ subjiciendum atbitrantur, præsertim si lex vel constitutio non per verba præsentis sed futuri temporis disponat; Nam ver- 19
ba futuri temporis non sunt leges latæ sententiæ, sed ferendæ

prout annuit gloss in l. jubemus §. sane. C. de SS. Eccles. & in l. in criminali C. de Iurisdict. omn. judic.

Proinde non obstat gloss. notab. in l. 1. C. de his quib. ut indign. quæ di-

cit, quod pœna appoſita, non vindicanti mortem defuncti, ipſo facto ſit
20 inflicta hæredi, quando habuit facultatem vindicandi, & non vindicavit.

Ut nec text. in c. unic. de injur. in
21 6. ubi dicitur quod contra perſonas Eccleſiaſticas non debeant concedi repreſſaliæ, & illi, qui contra fecerint, ſententiam excommunicationis incurrant, quibus gloſſ. addit, ipſo jure, & non per ſententiam.

Nec quoq; text. cum gloſs. in l.
22 providendum. C. de poſtuland. ubi text. dicit; Quod ſi Advocatus, ſine juſta cauſa patrocinium alicui recuſaverit, quod tunc foro careat, & gloſ. addat, ipſo jure & non per ſententiã.

Nec obſtat doctrina Angeli, in
23 Auth. de litigioſ. in § fin. ubi dicitur, quod ille qui litem derelinquit, cadat à jure ſuo, ubi Ang. addit, illum textum intelligi ipſo jure, non per ſententiam. Deniq; non obſtant quæ

no-

notat Bald. in addit. ad ſpeculator, in tit. de locat. in 7. column. ubi tenet quod, ſi Emphyteuta non ſolvat canonem debito tempore, cadat ipſo jure à jure ſuo, & non requiri ſententiam Judicis. 24

Reſpondetur enim, aut loqui legem per verba præteriti temporis, & nõ requiri ſententiam; aut loqui per verba futuri temporis, quibus adjuncta ſunt aliqua verba præciſa & importantia canonem latæ ſententiæ, & tunc non requiri ſententia. Exempli gratia, ſi lex utatur verbo, ipſo jure, eo ipſo facto, mox, ſtatim, penitus, prorſus, omninò, vel aliquo ſimili: aut loqui legem vel ſtatutum ſimpliciter per verba futuri temporis, & tunc requiri ſententiam; quia verba futuri temporis non ſunt canones latæ ſed ferendæ ſententiæ.

Ubi tamen minimè omittendum opinor; An, ſi verſaremur in delictis planè notoriis, nihilominus ſenten- 25

tia Judicis, quomodocunq; etiam loquatur lex vel cõſtitutio, requiratur?

Et licet pro negativa Dd. authoritates non minis ac fundamenta juris cumulatim adferri poſſent; nimirum quod notorium æquiparetur ſententiæ.

26

per l. emptorem. in princ. ff. de act. empt.

Exindeq; in notoriis executivè procedatur, atq; in eis ab executione incipiatur.

27

l. ictus fuſtium ff. de his qui not. in fam.

Cum in notorijs non requiratur cauſæ cognitio, nec ſolennitas ſententiæ.

ut not. Bart. in d. l. ictus fuſtium. & Petr. de Anchar. Conſil. 197. in fin. 1. col. ubi dicit, quod in notorijs ſolennitas juris relaxetur. per c. 1. de elect. & c. ad noſtram. de jurejur. Felin. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. in 9. col. de conſtit.

28 Sed valeat ſententia parte abſente & non citatâ lata, quando nimirum cõ-

ſtat

stat eidem defensionem nullam cõpetere, quia regulariter citatio non requiritur, quando actus invito eo, qui citandus esset, explicari, vel præsens actum impedire non potest.

prout notat. Bart. in l. 2. § si de frumentaria ff de adm. rer. ad civit. pert. quem sequitur Abb. in c. ex insinuatione de appellat & in c. 1. in 2. col. de cauſ. poſſ. & propr. & idem sentit Bald. in l. ut vim. ff. de Iust. & Iur. per l. qui de crimine ff. de adult. & fac. text. in c. bonæ memoriæ. de elect. Andr. Gail. lib. 1. obſ. 13. n. 3. & lib. 2. obſ. 142. n. 2. item de P. P. *lib. 1. c. 5. n. 12. & de Arrest. Imp. c. 3. n. 16.*

Possentque ad hoc propositum notorij alia penè numero infinita, quæ notabilia viderentur, adduci.

Attamen ego in odiosis & exorbitantibus semper mitiorem viam, quam etiam cum Angel. in l. libertas §. fin. ff. de stat. hom. veriorem reor, insequor.

motus authoritate Bald per text. in c. unic. qualit. dom. propr. privet. ubi ait, notorium pro ſententia non haberi.

Et ideo Bald. in l. cum fratrem C. de his quib. ut indig. dicit, licet Epiſcopus notorius ſit homicida, tamen ſine ſententia & ordine juris deponi
29 non debet; Cum etiam in notoriis pars citanda, & ſententia, prævia qualicunq; cognitione cauſæ, ferenda eſt; quia ſententia non debet ferri de facto.

uti ait Bald. in c. ad noſtram. el. 3. de jurejur. alleg. c. cum ſit Romana. de app. & l. ea quidem C. de accuſ. pro qua opinione facit gloſſ. communiter approbata in c. evidentia de accuſ. quæ expreſsè dicit, quod ſuper notorio ſententia ſit ferenda Bald in l. presbyteri lat. 1. in 3. col. C. de Epiſc. & cler. ubi dicit, quod licet Iudici ſit aliquid notorium, tamen non procedit ad condemnationem niſi citet, quod dictum refert Felin in c. cum olim in 8. col. poſt med. de re judicat.

Quare per prædicta in hac opinione subsisto; Etiam in notoriis sententiam Judicis declaratoriam requiri, alias ad Executionem deveniri non posse.

prout uberius de hac materia tractat. Hipp. de Marsi. in rep. rubr. C. de probat. & in l. 1. C. de exec. rei Iud. item in l. 1. § si serv. in 2. & 3. col. ff. de quæstionib.

Ubi circa executionem notandum, quod absolutoria sententia, non opus habeat Executione, cum statim liberationem & Executionem, absque aliquo novo facto Judicis, secũ trahat, seq; ipsam exequatur. Cum absolutus exceptione rei Judicatæ tutus sit.

tot. tit. ff. de Except. rei judic. Zasi. pulchrè in l. metum. § sed quod prator. n. 7. ff. de rejudicat. & text. in l. 1. §. debitor ff. ut in possi. legat. Andr. Gail. lib. 1. observat. 113. n. 18.

Si autem reus de ipso delicto plenè

convictus, aut illud sponte confessus fuerit, tunc constito de corpore delicti partes judicis in nullo alio, quã in condemnando, & sententiam condemnatoriam, ne res judicata effectu careat, exequendo, consistunt;

31 Sententia enim in causa criminali de Exceptis criminibus lata, executionem paratam habet.

per l. minor. 40. ff. de minorib.

32 Proindeque in illis appellationi deferendum non est.

prout est communis omnium Dd. sententia attestante Iul. Clar. lib. 5. sentent. Iur. §. fin. quæst. 94. n. 1.

Confessus enim in Judicio, præsertim ingeminatè, non appellat.

Andr. Gail. lib. 1. observ. pract. obs. 82. n. 22.

An autem Executio actione in factũ, oriens ex sententia, an vero per officium judicis facienda sit.

Vide Marant. in spec. aur. p. 6. act. ult. n. 8. & seqq.

Et

Et ista sunt, quæ mihi inpræsentiarum circa hanc materiam occurrerunt, quæ, cum studioſę juventuti necessaria & utilia fore arbitrabar, pro supplemento integri processus criminalis addenda esse censebam.

CONCLVSIO XIII.

LIcet à sententia in causis criminalibus **die Leibſtraffe auff jhnen tragen**/ lata, ex consuetudine Germaniæ non detur appellatio; attamen ratione nullitatis causam ad superiorem devolui, & processus decerni posse minimè ambigitur.

Summaria.

1. *Iudici appellationem non admittenti, de facto resistere licet.*
2. *Paria sunt occidere innocentem, vel eum qui ad Iuris beneficium convolat.*
3. *Contra insignem latronem, propter*

imanitatem criminis statim decernitur executio.

4. Omnis gravatus in quacunq; causa appellat.

5. Semper appellatur ubi Iustitia est oppressa.

6. De consuetudine Germaniæ in causis capitalibus non appellatur.

7. Causæ criminales per viam simplicis querelæ ad Cameram non devoluuntur.

8. Regula excepta firmatur in casibus non exceptis.

9. Stylus curiæ pro lege habetur.

10. Tantum disponit constitutio quantum loquitur.

11. Immediatè Imperio subjecti ab inferiorum ordinum hominibus, per viam simplicis querelæ in Camera conveniri possunt, ut num. 12.

13. Super nullitate processus in Camera decernuntur. 14. Nus-

14. *Nullitas quando principaliter dicatur intentata.*

15. *Et quando incidenter.*

16. *Iudex criminalis in termino citationis comparere, & processum ex Actis Iustificare tenetur.*

17. *Executio delicti non est protrahenda.*

18. *Inhibitio in causa nullitatis cum citatione non est decernenda.*

ETsi enim Judici capitalem sententiam contra damnatum, appellatione non obstante, exequenti, per amicos & consanguineos condemnati de facto resisti queat, cum paria sint, occidere innocentem, vel occidere eum, qui ad Justam juris defensionem confugit. 1 2

l. lege Iulia § fin. ff. ad L. Iul. de vi public.

Propterea que judicem, in criminalibus appellationem non admittentem

tem, in syndicatu teneri, infamemque fieri.

uti ait Par. de Put. in tract. syndicatus in verbo appellatio vers. si Iudex num. 7. p m. 153. & n. 11. & 14.

3 Nisi appellatio manifestè frivola, aut latro insignis esset, contra quē, propter imanitatem criminis, statim decernenda foret executio; aut delinqueret aliquis in conspectu populi.

l. constitutiones ff. de appellationib. l si quis filio exhæredato ff de injust. rupt. irrit. testam. l. cum res C. de pœn. Innocent. in c statuimus de offic. delegat. Bald. in l. abdictos C. de Episcop. audient.

Alias defensionem auferendo, cujus species est appellatio, æquè puniretur, ac si occideret innocentem.

l. lex Iulia §. hodie ff. ad L. Iul. repetundarum.

Regula enim communis est: omnē
4 gravatum per definitivam in omni causa appellare.

l. &

l. & in majoribus C. de appellat. & dicit text. in l. 1. ff. eod. appellationē frequentem ac necessariam, & regulariter permissam esse c. omnis oppressus 2. quæst. 6. & dicit gloss. notabil. in l. qui restituere ff. de rei vindicat quod in omni casu permittatur appellare, ubi non reperiatur lege prohibitum.

Ubi enim justitia est oppressa semper appellatur. 5

Bald. in rubric. C de appellat.

Unde iniquum esse videretur, si pendente tempore ad appellandum, tanti irreparabilis præjudicii, executio fieret.

Prosper. Farinac. de pen. temperand. quæst. 101. num. 3. p. m. 348.

Verum inveterata per Germaniam consuetudine receptum, & lege publica Imperii dispositum est, in causis criminalibus capitalibus, **die Leibstraffe auff ihnen tragen** / appellationes fore illicitas. 6

prout dispositum in Comitiis Augustanis

nis de Anno 1530. §. Item, Als jetzt etzliche Zeit/ ꝛc. quam conſuetudinem approbat ordinatio Camera part. 2. tit. 28. §. Item nach dem auch.

7 Verùm an hæ cauſæ criminales, ſo Leibſtraffe auf jhnen haben/ per viam ſimplicis, querelæ ad Cameram ſpectent á nonnullis controvertitur, Negantium opinioni hæc ſubſerviunt fundamenta (1.) Si in conſtitutionibus Imperii & ordinatione Cameræ ſolum crimen pacis publicæ à regula, appellationem prohibente,

8 Excipitur; firmatur utique regula in caſibus non exceptis.

Nicol. Everhard. in locis legalib. à rat. leg larg. n. 53.

At prius eſt verum:

Iuxta ordin. Cam. Imp. part. 2. tit. 22. & tit 28. § penult. Reichs Abſcheid zu Augſpurg/ Anno 1530. auffgericht/ §. Item alß jetzt etliche Zeit/ p. m. 204. Item Reichs Abſch. zu Augſpurg Anno 1548. auffgerichtet/

ret/ *tit.* daß am Cammer Gerichte nicht allein auff die Pöen/ sondern auch vmb zugefügten Schaden *principaliter* mög geklaget werden/ *p.m.* 357.

Ergo &posterius (2.) Et si constitutio pignorationis causas criminales diserte excipit, per viam simplicis querelæ ad Cameram. devolvendæ non sunt: At qui constitutio pignorationis, juxta ord. Cam. part. 2. tit. 22. ibi. Alleine Malefitz Sachen außgenommen/ causas criminales diserte excipit Ergo per viam simplicis querelæ ad Cameram non sunt devolvendæ: (3) 9
Deinde, stylus Cameræ pro lege habendus est:

Andr. Gail. lib 1. *obs.* 65. *num.* 8.

At juxta stylum Cameræ, causæ criminales non admittuntur: Ergo.

Contrariæ autem sententæ, hæc adstipulantur fundamenta: Quicquid lex vel constitutio expresè nõ eximit, hoc ipsum nec nostrum est eximere. *vul-*

vulgata l. de precio ff. de public.

10 Tantum enim disponit constitutio quantum loquitur & non plus.

Andr. Gail. lib. 2. observat. 33. num. 2.

Jam vero constitutio Cam. Imp. part. 2. tit. 28. causas criminales per modum simplicis querelæ ad Cameram esse devolvendas ne verbo quidem prohibet: Ergo nec nostrum erit talia prohibere, aut constitutionē istam ad non cogitata extendere.

11 Deinde (2.) Si Comites, Barones, aliique sub Imperio Immediate constituti, ab inferiorum ordinum hominibus super causa criminali in Camera conveniri non possent, impunita illorum maneret nequitia, aut pœna delicto condigna differretur, siquidem respectu horum delictorū nullibi nisi in Camera aut Aula Imperatoris conveniri possent: At consequens est absurdum, flagitiis enim non est præsidium quærendum, nec ansa peccandi, nec licentia in alios

graſ-

graſſandi danda· Ergo & Antecedens erit abſurdum: Per conſequens in cauſis criminalibus, immediate Imperio ſubjectos, per viam ſimplicis querelæ in Camera ab iis, quorũ reſpectu privilegium Auſtregarum non habent, conveniri poſſe ſequequetur. Quantum autem ad ſecundam inſtantiam attinet; de conſuetudine Germaniæ non ſolum, ſed ex ipſa Imperii conſtitutione in cauſis criminalibus ad Cameram prohibetur appellatio. 12

Receſſ. Imp. in comit. Auguſt. de Anno 1530, §. item als jetzt Ordin. Cam. Imp. d. part. 2. tit. 28. §. item nachdem/ Andr. Gail lib. 1. obſervat. 1. nũ. 27. & lib. 1. de P. P. cap. ult. in fin.

Et licet hic aliquis inſtaret: In caſibus in quibus non eſt licitum appellare, licitum utiq; eſſe ſupplicare.

prout tradit. gloſſ. in c. ex literis in verb ſupplicavit de in integrũ reſtitut.

Minimè tamen obſtaret; ſiquidem ſup-

ſupplicationis beneficium locum habet in terminis, ubi per excellentiã ejus, qui tulit ſententiam, appellari nequit. Hic in terminis autem ob excellentiam non inhiberur appellari, ſed propter jus ſtatutarium: Ergo ceſſante conceſſionis ratione, ceſſabit ipſa cõceſſio, niſi ætatis beneficium, aut matrimonii favor ſubſit.

